
5

CHRISTOPHORI CELLARII
CHALDAISMVS,

siue

Grammatica noua Linguæ Chaldaicæ, copiosissimis exemplis, & vsu multiplici, quem Chaldæa Lingua Theologiæ & Sacræ Scripturæ interpretationi præstat, illustrata.

Blanchard





CIZAE
Sumtu Bielckiano excudit Fr. Hetstedt.
M DC LXXXV.

Academiæ Ienensis
venerabili Seniori & ornamento insigni

IOHANNI FRISCHMVTHO,

SS. Linguarum Professori mirifice merito,

S. P. D.

CHRISTOPHORVS CELLARIVS.

AD te, vir amplissime, redit renouatus Chaldaismus & multis accessionibus auctus, qui simplex & rudis tuo celeberrimo nomini consecratus erat. Iure enim & ex meritis tuis tibi ille debetur, qui princeps mihi & auctor cum ad ingredienda, tum excolenda hæc studia ante duodetriginta annos exstitisti. Inde vsque si repeto progressum in illis, tuis me præceptis sermonibusque, maxime autem doctissimis litteris, quas per viginti fere annos ad me subinde dedisti, non mediocriter in hoc studii genere confirmatum intelligo, vt, quamquam dudum ab illo ad alium laborem auocatus sum, tuis tamen, & tui similium virorum, beneuola approbatione incitatus, non negligerem, sed subseciuis aliquando horis & παρέργως venerarer, quas olim amaui coluique Orientis sanctissimas Musas. Vt taceam beati generi tui, antecessoris mei clarissimi, IOHANNIS CRAVSII singularem erga me adfectum, quem te conciliatore mihi paratum fuisse non ingrato animo recordor. Verum desino rationes instituti mei percensere, cum notissimum omnibus sit, te in illorum nume-

numero, ad quos nostro sæculo huiusce generis studia, tanquam ad iudices & censores, deferuntur, facile principem esse, vt auctoritate tua, si non displiceant, tueri possis, aut errorem pro summa humanitate excusare. Ordinis potius, quam instituti, per se honesti atque pii, rationes persequor. Præcepta, vt intuenti patebit, vberiora dedi, eaque copiosissimis exemplis summaque fide productis, non modo ex Daniele & Esra, sed cumprimis etiam ex paraphrasibus, quotquot illarum exstant, confirmaui. VSVM CHALDAISMI non vnum, sed varium & fœcundum adieci, vt videant tirones, cuius gratia huic studio sit opera impendenda. Cum vero vetustiores Iudæi, in quibus etiam Targumistas numeramus, liberalius de Messia locuti fuerint, cuius facere mentionem pæne pudet recentes, quod singulare argumentum desperatæ caussæ est; MESSIOLOGIAM subiunxi, ex qua appareat, non frustra operam in Targum locari, nec pœnitenda inde nostræ fidei testimonia produci. Quod superest, Deum veneror, vt te, venerande FRISCHMVTHE, in Academiæ vestræ litterarumque incrementum incolumem saluumque diu præstet & conseruet.

GRAM-

GRAMMATICA LINGVAE CHALDAICAE.

CAPVT I
DE LITTERIS ET LECTIONE.

LItteræ Chaldæorum neque numero, nec poteſtate; &, quantum hodie conſtat, neque figura ab Ebræis litteris differunt. An olim habuerint figuram propriam Chaldæi, huius loci non eſt diſputare, quod attigimus in Sciagraphia Philologiæ Sacræ pag. 5. Iam ſufficiat non ignoraſſe, Danielis & Eſræ ſacras pericopas, & Targumin ſiue paraphraſes Chaldaicas, etiam Iudæorum Chaldaici ſtili libros, iisdem, quibus Ebræi vtuntur litteris, eodemque valore illarum & poteſtate, conſtare.

II. Solum שׂ *Sin* apud Chaldæos rarius eſt, quam Ebræos, quippe Syros imitantur, & ſicut hi ſemper, ita ſubinde Chaldæi illius loco ס vſurpant. e. g. ſcribunt בִּסְרָא & בִּשְׂרָא *caro*, סְגָא & שְׂגָא *creuit*, סְטַן *aduerſatus eſt*, סְנָא *odit.*

III. Diuiſiones quoque litterarum eædem ſunt vtriusque linguæ: nec *quieſcentium*, aut *gutturalium* heic alia lex eſt & ratio, quam quæ apud Ebræos fuit.

IV. א epentheticum ſæpe eſt in ſyllaba kamezata, interdum etiam in patachata. e.c. עָאן & עָן *grex*, מָאן & מָן ſiue מַן *quis?* (ſicut & pro מָאן *vas*, *inſtrumentum* nonnunquam מָן eſt;) בָּאתַר in Daniele, alibi בָּתַר *poſt*, גְּבוּרָאתָא & vſitatius גְּבוּרָתָא *fortia facta*, עֲאַל *ingreſſus eſt*, Onkel. Gen. XXIV. 1. quod ſine א eſt Dan. II. 16.

V. Duplex א in fine vocis, quod gratum Syris & frequens eſt, non tolerant Chaldæi, ſed poſterius in ה perpetuo mutant. e. g. זַכָּאָה *iuſtus*, emphatice; שַׂגִּיאָה *multa* Fœm. הֲוָאָה *fuerunt* Fœm. נַסָּאָה Infin. Pael, *tentare*,

VI. *Iod* otioſum frequentiſſime vel comes vel index eſt Vocalis ſecundæ ſiue Zere, vt אַפְרֵישׁ *diuiſit*, יָתֵיב *ſedens*, בֵּיהּ *in illo:* interdum etiam τῷ Scheva, vt אֱיְנָשָׁא *homo* Gen. XI. 5. 7.

* Hoc Iod ex conſuetudine, qua Targumin ſine punctis ſcribebantur, videtur reliquum eſſe, vnde in Danielis & Eſræ ſcriptura, antiquitus punctis vocalibus inſtructa, negligitur, vt זִיוֵהּ *ſplendor eius*, Dan. II. 31. Contra his ſanctis ſcriptoribus Iod quieſcit in Pronomine ךְ cum Pluralibus iuncto, quod Targumiſtæ prorſus eiiciunt. Sed de hoc in Suffixis infra dicemus.

VII. ו & י mobiles in Targumin ſæpe duplicantur, præſertim ſi Dageſch forte important. Cauſſa eadem, quæ modo in Iod cum Zere quieſcente, dicta fuit, ſcriptura nempe Vocalibus deſtituta, vt hodieque ſolent Iudæi easdem litteras ſubinde ingeminare, de quibus Rabbiniſmus cap. I. num. 9. poteſt conſuli. Exempla Targumica ſunto וַוי *ve* Num. XXIV. 23. צַוְוחִין *clamantes* (pro צָוְחִין, vt Exod. V. 8. ſcriptum eſt) I. Paral. XI. 7. הֲוַות *fuit* F. ibid. commate 11. מִסְתַּיְיָא *adiutus*, ibidem, קְיָימָא *fœdus*. In Paralipomenων libris, quos nuper clariſſimus vir Matth. Fr. Beckius in lucem produxit, vt & in Venetis Bibliis, hoc valde vſitatum eſt.

VIII. Dagesch quoque Chaldæis & Ebræis idem eſt: in *Leni* plane nulla differentia: in *Forti* hæc ſola ſubeſt, quod hoc crebro in נ reſoluatur, aut litteram, cui ineſſe debebat, duplicet. e. g. תִּנְדַּע *cognoſces* Dan. IV. 23. מִנְדָּה *tributum* Eſr. VII. 24. אִתְּתָא & אִנְתּוּ *uxor*, אַנְפִּין & אַפִּין *facies*, *vultus:* ſic עַמְמִין ex עַמָּא *populus*, יַמְמַיָּא ex יַמָּא *mare*.

IX. Eſt quoque, vbi detruncent Chaldæi voces in fine, Rabbinorum more, vocali tamen manente, & virgula ſuperne appoſita, quæ defectum indicet. e. g. Onkelos in Polyglottis Anglicanis Num. XXIV. 10. רֻגְזָ' *ira*, commate 18. יְרֻתָּ' *hereditas*, Deut. V. 5. בְּטוּרָ' *in monte:* at in Buxtorfianis ſingula plene רֻגְזָא, יְרֻתָּא, בְּטוּרָא

בְּטוּרֵיא perſcribuntur. In laudatis Paralipomenωn libris abſciſſio hæc frequens, vt 'קֳדָ *ante*, lib. I. cap. X. 1. 'זֵינֵ pro זֵינֵיה *armatura eius*, ibid. comm. 5. Præcipue *Iſraelis* nomen in iis libris 'יִשְׂ præciſe ſcriptum eſt.

X. Referri huc poteſt diuinorum Nominum vel abbreuiatio, vel immutatio. Tetragrammatum enim יְהוָה conſtanter vel plerumque Targumiſtæ per יְיָ exprimunt, quod Iudæi per *Adonai*, vt Ebræum, legunt. *Plerumque* dixi, quod video libros variare. v.g. in Targum Hieroſolymitano Operis Polyglotti Gen. I. 27. Angli exhibent מִן קֳדָם יְהוָה, at Buxtorfianus liber מִן קֳדָם יְיָ per ſcripturæ vſitatum compendium. Nomen ELOHIM ab altero Ionathane, Pentateuchi paraphraſta, perinde ac vulgaribus Rabbinis, non nunquam per אֱלֹהִים, אֱלֹקִים vel אֱלָקָא ſuperſtitioſe ſcribitur, quanquam & heic in libris variatum. Anglicanus certe ל, non ד, nec ק in iis etiam locis habet, quæ Cl. Buxtorfius tam in Grammatica Chaldaica, quam in Lexico ex Ionathane allegauerat.

XI. Tantum de Conſonantibus litteris. Quæ enim de permutatione illarum, ש nempe in ת, ז in ד, צ in ט, ב in פ: vti etiam de aphæreſi, protheſi, metatheſi, dicenda eſſent, commodius infra, vbi de vocabulis Chaldæorum, quantum ab Ebræis diſtent, acturi ſumus, pertractabuntur.

XII. VOCALES ſunt totidem Chaldæis, quot numerantur apud Ebræos: nec tamen illi tam curioſe, vt hi ſolent, inter longas & breues diſtinguunt, ſed nihil ſolennius eſt, quam Kamez cum Patach; Cholem vel Schurek cum Kibbuz; Zere cum Segol; paruum cum magno Chirek, permutari. e. g. טַב & טָב *bonus*, יָתְבִין & יַתְּבִין *habitantes*, סַנְאָךְ & סָנְאָךְ *oſores tui*, גּוּבְרִין & גֻּבְרִין *viri*, מֵימְרָא & מֵימְרָא *verbum*, מִקְרֵי & (Ionath. Gen. II. 24.) מִיקְרֵי *vocare*: quod maxime fit, vbi Dageſch cum Chirek P. ponendum erat, vt אִיתְּתָא pro אִתְּתָא *vxor*, גִּינְּתָא pro גִּנְּתָא *hortus*, אִיטְּמַר pro אִטְּמַר *abſconditus eſt*, vbi Dageſch in Iod reſoluitur. vid. Targum Ionathanis Gen. II. 18. III. 8.

XIII. Hinc eſt, quod Scheva poſt longas ו & וֹ ſæpiſſime quieſcat, præſertim ſi breuium vices, τῶν Kibbuz nempe & Kamezchatuph, ex analogia Ebraica ſuſtineant. e. c. קוּדְשָׁא *ſanctitas*,

 גְּבוּרְתָא

גְּבוּרְתָּא *fortitudo*, אוֹרְחָא *via*, אוּרְכָּא *longitudo*, תּוּקְפָּא *robur* cum פ raphato, Geneſ. XLIX. 24, pro quo eſt תְּקָפָא 1. Paralip. XVI. 21. vt vt ceteroquin Kamezchatuph ſit rarum Chaldæis, qui in eius loco plerumque ו adhibent.

XIV. GVTTVRALES quoque *Scheua compoſitum* pro ſimplici, vt דַּהֲבָא *aurum*, מֶהֱוֵי *eſſe*: & *furtiuum Patach* ſiue *genuſà* in fine, præcedente longa, ex more Ebræo poſtulant, licet, Zere antegreſſo, ex communi gutturalium lege Patach ordinarium, ſine additamento furtiuo, plerumque recipiatur, vt אִתְגַּבַּה *efferre ſe* Eccleſ. I. 12. Saltim hoc certiſſimum, Affixum הּ vel יהּ perſonæ tertiæ virilis, nunquam admittere Patach Genuſa.

XV. TONVS in ſacris eſt Ebræus: vulgo Syrus vel Rabbinicus. MILHEL tamen ſemper ſunt, quæ deſinunt in ſeruilia הָא, נָא, כִּי, נִי, וֹהִי vel וֹי; & verbalia אָ ac אַ; תָּ ſiue תָּא, & ו, quæ poſteriora etiam ex Ebraiſmo nota ſunt.

XVI. ACCENTVS in Daniele, Eſra & Onkeloſio ſunt iidem, qui apud Ebræos: in ceteris libris nulli.

XVII. Ad PRONVNCIATIONEM quod attinet, nihil certi definiri poteſt, quod neque Ebraiſmi heic certior ratio eſt. Quisque pronunciet Chaldæa, vt adſuetus eſt Ebraicis, ſaltim Kamez non nihil craſſius efferat: nec errabit, ſi ad Rabbiniſmum, aut Syriſmum, cui maxime congruunt Chaldaica, quidquid huius rei eſt, accommodauerit propius.

CAPVT II.

DE NOMINE.

VT Syris & Samaritanis, ita etiam Chaldæis *Status* Nominum triplex eſt, *Abſolutus*, qui per ſe notus eſt, & ex oppoſitione reliquorum magis cognoſcitur: *Emphaticus*, qui reſpondet ferme Nominibus Ebræis, quæ He Emphaticum præfixum habent: & *Conſtructus*, quo vtuntur in Genitiui rectione, ſiue Regimine, perinde ac apud Ebræos fieri aſſolet. Singuli Status tum per *Sexum*, tum per *Numerum* diuiduntur. Sexus, vt ceteris orientalibus, Chaldæis tantum

tantum duplex est, *Masculinus* & *Fœmineus*: nec Numerus fæcundior, *Singularis* nempe, & *Pluratiuus*: Duali enim Chaldæi paucissimi, atque ita perraro vtuntur, vt post paullo declarabimus.

Status Absolutus
Numeri Singularis.

MASCVLINA Substantiua dissyllaba plerumque in Patach vel Zere desinunt, præsertim si duplex Sægol vel Patach, aut duplex Kamez apud Ebræos habuerunt, vt צְלֵם *imago*, בְּעֵל *dominus*, טְעֵם *gustus*, *sententia*, גְּבַר *vir*, מְלֵךְ *rex*, כְּסַף *argentum*, דְּהַב *aurum*, נְהַר *fluvius*, &c.

Adiectiua varie se habent, vt טָב *bonus*, בִּישׁ *malus*, קַדִּישׁ *sanctus*, חַכִּים *sapiens*, תִּנְיָן *secundus*, זַכַּי vel זַכַּאי *iustus*, &c.

FOEMININA Substantiua in אָ (pro quo in dialecto Danielis & Esræ est הָ) item in ית, ות, ית, & horum apocopatam formam ו, ו, י, exeunt. e. g. אִתְּתָא *vxor*, גְּבוּרָא *potentia*, בִּינָה *intelligentia*, צְלוֹת *precatio*, סָהֲדוּת *testimonium*, זָכוּת *iustitia*, מַשְׁרִית *castra*, טִיבוּ *bonitas*, רְשׁוּ *facultas*, סִיבוּ *senectus*, קַשְׁיוּ *durities*, רִבּוֹ *myrias*, זַרְעִי *familia*, &c.

Adiectiua solum אָ (Babylonice apud Danielem & Esram הָ) Masculino addunt, vt טָבָא *bona*, קַדִּישָׁא *sancta*, (ה) שַׂגִּיאָה, ne אא concurrant, vt supra pag. 2. cautum fuit) *multa*, חֲדָה *vna* in Daniele: Quæ in י desierunt, י in א mutant, & fœmineum ת superaddunt, vt נוּכְרַי *alienus*, נוּכְרָאָה *aliena*, מִצְרַי *Ægyptius*, מִצְרָאָה *Ægyptia*. א enim, quod in Masculino interdum inest, vt זַכַּאי, otiatur & vicem vocalis implet.

Participiorum eadem ratio est, quæ Adiectiuorum, vt נָטְרָא *servans F.*, מַפְּקָא *educens*, כָּתְבָה *scribens* Dan. V. 5.

Numerus Pluralis

MASCVLINORVM fit, addendo Singulari syllabam ין, & punctis vocalibus priorum syllabarum in eam formam mutatis, quæ in Statu Emphatico est; vnde compendio dici potest, Pluralem Masculinorum Absolutum fieri ex Singulari Emphatico, solo אָ in ין mutato.

mutato. e. g. יוֹמִין *dies*, גֻּבְרִין *viri*, עַבְדִין *serui*, בִּישִׁין *mali*, זַכָּאִין *iusti*, נָטְרִין *custodientes*.

Foemininorum, אָ (vel הָ) Singulare in ן mutando, vt מְדִינָן *ciuitates*, תּוֹרָן *vaccæ*, שַׁפִּירָן *pulcræ*. At quæ in וּת, ות & יִת (seu apocopatam horum formam וּ, וֹ, יִ.) Singulariter desinebant; abiecto ת, mouent ו vel י in Plurali Numero, vt רִבְוָן *myriades* ex רִבּוּת vel רִבּוֹ Dan. VII. 10. זָכְוָן *iustitiæ* ex זָכוּת, Ierem. XXXIII. 15. זַרְעָיָן *familiæ*, Ios. VII. 14.

Dualis Numerus.

Dualis in יִן admodum rarus est, vt יְדַיִן *manus* Danielis II. 34, קַרְנַיִן *cornua* VII. 7. מָאתַיִן *ducenta* Esr. VI. 17. atque sic tantum in Daniele & Esra, neque in his semper. Targumistæ pro eo vel Plurali vtuntur vt עַיְנִין vel עַיְנִין *oculi*, אוּדְנִין *aures*; vel illum circumscribunt. Sic Exod. XVI. 29. XXI. 21. יוֹמַיִם Onkelos vertit תְּרֵין יוֹמִין *duo dies*. Sola autem תְּרֵין *duo*, & תַּרְתֵּין *duæ*, Dualis Numeri censentur esse.

Status Emphaticus,

& quidem

Numero Singulari.

Masculina desinunt in אָ, hoc est, Singulari Absoluto addunt אָ, vt יוֹמָא *dies*, דִּינָא *iudicium*, atque ita Adiectiua Masculina Singularis Numeri non differunt a forma Fœmineorum Absoluta, vt שַׁפִּירָא *pulcer*, זַכָּאָה *iustus*. Si priorum syllabarum vocales mutabiles sunt, mutantur plerumque eo modo, quo solent apud Ebræos in incremento vocis. e. g. סִפְרָא *liber*, כַּסְפָּא *argentum*, שִׁקְרָא *mendacium*, עַמָּא *populus*, לִבָּא *cor*. Sed de his plura in parte de Mutatione Vocalium.

Foeminina desinunt in תָא, præcedente Scheva; siue אָ Absolutæ formæ mutant in תָא, vt חָכְמְתָא *sapientia*, אַרְעָתָא *terra*, אִתְּתָא *vxor*, נְבִיאֲתָא *prophetissa*, רַבְּתָא *magna*, קַדְמָיְתָא (vel, vt in Targum scribitur, קַדְמַיְתָא) *prima*.

In

In ת finitis, hoc eſt exeuntibus Singulari Numero in וּת, וֹת & ִית, ſolum א adiicitur, vt צְלוֹתָא *precatio*, זְכוּתָא *meritum*, זַרְעִיתָא *poſteritas, familia.*

Pluralis Numerus Emphaticus.

MASCVLINORVM in ַיָּא exit, ſeu, quod idem eſt, ָא Singulare mutatur in ַיָּא, e. g. טוּרַיָּא רָמַיָּא *montes alti* Gen. VII. 19. יוֹמַיָּא סַגִּיאַיָּא *dies multi* Exod. II. 23. Sic גִּבְרַיָּא & גֻּבְרַיָּא *viri*, חַיָּבַיָּא *peccatores*, נְבִיאַיָּא *prophetæ*, פִּתְגָּמַיָּא *res, facta*, גִּבָּרַיָּא *gigantes.* Forma Singularis ָאָה in Conſtructam, etiam ſine conſtructione, per Enallagen mutatur, vt יְהוּדָאֵי *Iudæi.*

FOEMININORVM in ָתָא, id eſt, Scheva Singularis Emphatici, quod ante ת præceſſit, mutatur in Kamez, vt גְּבוּרָתָא *fortitudines*, בִּרְיָתָא *creaturæ* Ionath. Geneſ. I. 5. אַרְעָתָא *terræ* I. Paralip. XV. 1.

Terminationes וֹתָא, וּתָא & ִיתָא quieſcentem litteram mouent, vt רִבְוָתָא *myriades*, מַלְכְוָתָא *regna*, מַשִׁרְיָתָא *caſtra, copiæ.*

Status Conſtructus ſiue Regimen Singularis Numeri.

MASCVLINVS Singularis Status Conſtructus eſt ſicut Abſolutus. Neque enim heic puncta variantur, & finale Kamez pro lubitu retineri, aut in Patach mutari poteſt. e. c. בְּעֵל אִתְּתָא *dominus vxoris*, hoc eſt maritus, Exod. XXI. 3. עִילַן פֵּירִין *arbor fructuum* Gen. I. 11. in Onkel. חוּשְׁבַּן יוֹמִין *numerus dierum* Gen. I. 14. in Ionath.

FOEMININVS plane Ebræo more in ַת deſinit, ſi Abſoluta forma ָא vel ָה fuit, vt בִּגְזֵרַת עִירִין *in decreto vigilum* Dan. IV. 14. בִּישַׁת אֱנָשָׁא *malitia hominum* Onk. Gen. VI. 5. אִתַּת אַבְרָם *vxor Abrami* XI. 29. קִרְיַת עַמְמַיָּא *ciuitas gentium* Num. XXIII. 19. Etiam in Adiectiuis, quæ Subſtantiuorum more, vt apud Ebræos, conſtruuntur, e. c. שַׁפִּירַת חֵזוּ *pulcra adſpectu* Geneſ. XII. 11.

In ceteris formis, hoc eſt in ת deſinentibus, nihil mutatur, nec differt Conſtructus Status ab Abſoluto, e. g. בִּמְצִיעוּת מַיָּא

in

in medio aquarum Ionath. Gen. I. 6. מַשְׁרִית כַּסְדָּאֵי *exercitus Chaldaeorum* II Reg. XXV, 5.

Pluralis Numeri:

MASCVLINVS est pure Ebraeus, in ֵי finitus, vt רֵישֵׁי טוּרַיָּא *capita montium* Gen. VIII. 5. עַמְמֵי אַרְעָא *populi terra* XVIII. 18. תַּקִּיפֵי לִבָּא *obstinati corde*, Esa. XLVI. 12.

FOEMININVS tollit א ex Emphatica terminatione ָתָא, seu finitur in ָת, vt בְּנָת אֱנָשָׁא *filiæ hominum* Gen. VI. 2. מַלְכְוָת עַמְמַיָּא *regna populorum* Psal, LXVIII. 33.

*Pro Constructo saepe est Absolutus vel Emphaticus Status sequente ד Praefixo, vel, in Daniele, Particulâ דִּי, Genitiui nota, vt עוֹפָא דִשְׁמַיָּא *volatile cœli* Gen. II. 19. אֱנָשִׁין דִשְׁמָא *viri nominis*, id est celebres, VI. 4. גַּפִּין דִּי נְשַׁר *alæ aquilæ* Dan. VII. 4.

Anomalia Nominis.

I. Sub Masculina Absoluta forma, vt apud Ebraeos, quaedam Foeminina latent, ex Ebraismo nota. e. g. אֲרַע *terra*, נְפַשׁ *anima*, עַיִן *oculus*, יַד *manus* &c.

II. Masculina אַב *pater*, שׁוּם vel שְׁמָא *nomen*, formant Pluralem foemineo more in ָן & ָתָא, & insuper ה epenthetice interponunt, vt אֲבָהָן, אֲבָהָתָא, & Constructe אֲבָהָת *patres:* שְׁמָהָן, שְׁמָהָתָא, constr. שְׁמָהָת *nomina:* alia ו mobile interponunt, vt לֵילְוָן *noctes* Gen. VII. 4. רַעֲוָתָא *pastores* (ex Sing. רָעֲיָא) XIII. 8. quanquam hoc etiam Masculine formet רָעֲיָא I. Reg. XXI. 7.

III. Foeminina formam Masculinam in Plurali imitantur שָׁעִין *horæ*, מִלִּין *verba*, שְׁנִין *anni*, quae in Sing. א vel ה muliebre habent. Sic ex קַרְיָא *vrbs*, קִרְוִין & קִרְוַיָּא *vrbes* Num. XIII. 20. constr. קִרְוֵי Gen. XIX. 20. שַׁבִּין *Sabbata* &c.

IV. Epenthesin praeterea in formatione Pluralis amant, & quidem litterae ה, praeter אַב & שְׁמָא num. II expofita, אִמָּא *mater*,

ter, אִמְּהָתָא *matres* Ierem. XVI. 3. quanquam & virilis forma & genere anomala, fine ה exſtat Thren. IV. 3. אִמְּהָתְהוֹן *matres ipſorum:* ſic אַמְתָא *ancilla*, Plur. אַמְהָן Gen. XII. 16. At litteram ו interponunt non ſolum ea, quæ י ante finale א habent Abſolute, idque pluraliter in ו conuertunt, vt de לֵילְיָא *nox*, & רָעְיָא *paſtor*, קִרְיָא *vrbs*, modo dictum eſt, atque etiam ex כּוּרְסֵי vel כָּרְסְיָא *thronus* probatur, vnde fit כָּרְסָוָן *throni* Dan. VII. 9. vel כּוּרְסָוָן Pſal. CXXII. 5. item סוּסְיָא *equus*, vnde סוּסָוָן & סוּסְוָתָא Deut. XX. 1. I. Reg. XX. 21; verum etiam alia, quæ י non habent, vt ab אָת *ſignum*, fit אָתִין & אָתְוָן, illud Gen. I. 14. hoc Num. II. 2. & conſtructe אָתְוָת Eſa. XLIIII. 25. a סְפַר *labium*, סִפְוָן & סִפְוָתָא Lev. V. 4. Pſal. XLV. 3. ab עֲלָתָא *holocauſtum*, עֲלָוָן Eſræ VI. 9. at Emphat. Pluralis עֲלָוָתָא regularis eſt; ab עֵין vel עֵינָא *fons* (nam, vt *oculum* notat, habet regulare עֵינִין) עֵינָוָן *fontes* Deut. VIII. 7. XXXIII. 13. a פְּרִישְׁתָא *miraculum*, פְּרִישָׁוָתָא Exod. III. 20. I. Paral. XVI. 24.

* Eſt etiam, vbi י manet, & tamen ו ſuperadditur, vt in אַרְיָוָתָא *leones*, ex אַרְיָא Singulari: & vbi recurrit, in Singulari abiectum vel mutatum, præſertim in gentilitiis, vt יְהוּדָאָה *Iudea mulier*, Plur. יְהוּדִיָתָא Exod. II. 7. & his formâ ſimilibus, vt נָכְרָאָה & emph. נוּכְרֵיתָא *aliena;* נוּכְרָן & נוּכְרָיָתָא *peregrina* Gen. XXXI. 15. illud Onkelos; hoc Ionathan.

V. Vtroque ſexu Pluralem quædam formant, אָת *ſignum*, de quo iam diximus; חֵיל *exercitus*, חֵילַיָא Exod. XII. 41. & חֵילְוָתָא I. Reg. XV. 20. יוֹמָא *dies*, יוֹמִין paſſim, & Conſtr. Fœm. יוֹמָת Eſr. IV. 15. קָל *vox*, קָלִין Exod. IX. 23. קָלָן Pſal. XCIII. 4. *voces:* רוּחָא *ventus, ſpiritus*, Pluraliter רוּחַיָא Num. XVI. 22. & conſtructe רוּחֵי שְׁמַיָא *venti cœlorum* Dan. VII. 2. & ſequiore ſexu רוּחָתָא Ierem. XLIX. 36.

* Huc pertinent Participia quædam, quæ in Maſculina Plurali forma cum ין, tum ן habent, vt I. Sam. XXIII. 21. בְּרִיכָן אַתּוּן *benedicti vos*, Ebr. בְּרֻכִים: II. Paralip. VII. 3. סָגְדָן *incurvati, adorantes;* quod in aliis Verbis rarum, in

 quieſcen-

quiescentibus vltima, vsitatissimum est, vt מוֹרָן *confessi* ibidem: גֻּבְרִין נָצַן *viri rixantes* Exod. II. 13. עַבְדָךְ לְקַן וְחָטָאן עַמָּךְ *serui tui percussi & peccantes populus tuus*, V. 16, א otioso & vicem vocalis supplente.

VI. Contractionem patiuntur, & quidem in Singulari, שַׁתָּא *annus*, emphatica forma, ex absoluta שְׁנָא: קַרְתָּא *vrbs* in Targum passim pro קִרְיְתָא, vt Esræ IV. 15. scribitur: תִּנְיָיתָאֵי *secunda* ex Masc. תִּנְיָן: in Plurali בָּתִּין, בָּתַּיָא, & constructe בָּתֵּי *domus*, quæ ex Ebraismo nota sunt. Contra בַּרַת *filia* (nam hac quoque voce Chaldæi vtuntur, vt Onkelos Deut. XV. 12. quanquam vsitatior est בְּרַתָּא, constructe בְּרַת) בַּת, inquam, *filia*, in Plurali euoluit נ occultatum, Ebræo more, ita: בְּנָן, בְּנָתָא & in Regimine בְּנָת *filiæ*.

VII. Singularia tantùm sunt בַּר, emphatice בְּרָא *filius*. בְּרַתָּא *filia* (quorum Pluralis fit ex alia forma בְּנִין & בְּנָן &c.) פּוּם vel פֻּם *os oris*.

VIII. Pluralia tantùm sunt בְּנִין, בְּנַיָא & constr. בְּנֵי *filii*, nam Singulare בֵּן inusitatum Chaldæis, quibus pro eo בַּר receptum: חַיִּין, emphatice חַיַּיָא Hierosol. Gen. III. 24. constructe חַיֵּי, *vita*: מַיִּין emph. מַיָּא, constr. מֵי *aqua*; & ex alia forma מֵימִין, מֵימֵי Exod. VII. 19. אַפִּין, אַפַּיָא & אַנְפִּין (nam Sing. אַנְפָּא aliud, *oram*, significat) *vultus*, *facies*: נְשִׁין Genes. VI. 2. נְשַׁיָא Deut. XX. 14, נְשֵׁי constr. Gen. IV. 23. *mulieres*.

* Quæ de anomalia posteriorum Paraphrastarum in formatione Nominum dicenda essent, v. g. de forma Fœminina Plur. in תָּן, quasi mixta ex Emphatica & Absoluta, &c. infra in illorum Dialecto indicabimus: sicut & de enallage Constructi pro Absoluto Statu, in Syntaxi vberius dicemus.

Declinatio Nominum.

Flexio per Casus heic æque, ac apud Ebræos & Syros, exsulat. Ipsi vero Casus significantur ita:

Nominativus per se patet in singulis Statibus Nominum.

GENITIVVS vel constructione exprimitur, hoc est Regimine, vt בַּר אֱנָשׁ *filius hominis*, חֶזְוֵי נְבִיאַיָּא *visiones prophetarum:* vel per דְּ Præfixum, aut separatam particulam דִּי significatur, quorum illud in Targum; hæc in Daniele vsitatior est. e.g. רוּחָא דְּרַחֲמִין *spiritus miserationum*, Targ. Hierosol. Gen. I. 2. בְּנַיָּא דְּאִתְּתָא *filii mulieris* III. 15. בִּשְׁמָא דַיְיָ *in nomine Domini* II. Paralip. III. 1. שְׁבִיבִין דִּי נוּר *flammæ ignis* Dan. VII. 9.

DATIVVS per *Lamed* præfixum notatur, vt apud Ebræos. Exempla sunt obuia.

ACCVSATIVVS vel ex Verbo Actiuo, cui construitur; vel ex particula יַת, quæ Ebræorum אֵת respondet, innotescit. v. g. בְּרָא יְיָ יַת שְׁמַיָּא וְיַת אַרְעָא *creauit Deus cœlum & terram*, Gen. I. 1. אַפֵּיקַת אַרְעָא דִּתְאָה *produxit terra herbam*, commate 12. יַת דִּי *quem*, IX. 24. Est vbi *Lamed* quoque Accusatiuum signat, Dan. IV. 22. לָךְ טָרְדִין *te eiicientes.*

VOCATIVVS similis est Nominatiuo.

ABLATIVVS semper ex Præpositionibus intelligitur, vt בְּאוֹרַיְתָא *in lege*, עִם אֲבוּהִי *cum patre suo*, מֵאַרְעָא *ex terra* (quanquam frequentior heic vsus est separatæ vocis מִן) קֳדָם יְיָ *coram Deo*, &c.

CAPVT III
DE PRAEFIXIS.

CHaldæi etiam quasdam particulas aut voces, vt ceteri orientales, per certas litteras, quas præfigunt aliis vocibus, significare solent. Ex his COMMVNES cum Ebræis habent

ב *In*, *ἐν*, *Per*, quæ eodem modo, vt apud Ebræos fit, præfigitur, vt בְּדִינָא *in iudicio*, בְּחַרְבָּא *per gladium*, בִּשְׁמִי *in nomine meo*, בִּידָךְ *in manu tua.* Dicitur etiam בֵּי separatim, sed raro. Ionath. Gen. III. 3. דְּבֵי מְצִיעוּת גִּינוּנִיתָא *quæ in medio horti*, & comm. 4. בֵּי הִיא שַׁעֲתָא *in hac ipsa hora.*

Buxtorfii Lexicon citat etiam Cant. I. 9. 13. 14. II. 15. sed tam eiusdum Biblia, quam Anglorum polyglotta habent coniuncte בְּהִיא & בְּהִיא, quod codicum scripturam variantem arguit.

ל *Ad*, *In*, *eis*, & Datiui nota, & non nunquam Accusatiui. e.c. לְמִפְרְקָנָא *ad redimendum nos*, אֲזַלוּ לְקִרְוֵיהוֹן *abierunt in vrbes suas.* De Casuum signo sub finem Capitis præcedentis actum est.

כ *Sicut*, *Instar*, *Iuxta*, vt apud Ebræos. e. g. כְּרַבְרְבִין *sicut magnates*, Ebr. כֵּאלֹהִים, Onk. Gen. III. 5. וִיהַב יַת כַּסְפָּא וְיַת דַּהֲבָא הֵי כְּאַבְנַיָא *& dedit* [Salomo] *argentum & aurum sicut lapides* II. Paralip. I. 15. cum expletiua הֵי, quæ sæpe huic Præfixo præmittitur: qua coalescente cum כ, fit הֵיךְ *Sicut*, *Velut*, qua vocula posteriores paraphrastæ plerumque pro כ, similitudinis littera, separatim vtuntur, v. g. Psalm. XI. 1. הֵיךְ צִפָּרָא *sicut auis:* Targum Hierosolymitanum Gen. XIX. 3. מִתְחַמְיָן הֵיךְ אָכְלִין וְהֵיךְ שָׁתְיָן *visi sunt* [angeli] *quasi edentes, & quasi bibentes.*

מ *A*, *De*, *Ex*, *Præ*, per Chirek & Dagesch; aut Zere propter gutturalem, lege & consuetudine Ebræorum. vt מִבְּנַת יִשְׂרָ׳ *ex filiabus Israel:* מִפֵּירוֹהִי *de fructibus eius:* מֵחַמְרָא *præ vino.* Sæpius integra particula מִן vsurpatur, vt מִן שְׁמַיָא *de cœlo:* etiam alia seruilis littera interponitur, vt מִדְּבֵית דָּן, מִדְּבֵית גָּד *ex domo Dan, ex domo Gad* Gen. XLIX. 16. 18. quasi *ex iis qui de* domo. Cum Verbis interuentum litteræ *Lamed* plerumque postulat, vt סַגִּי חוֹבִי מִלְּמִשְׁבַּק *grande peccatum meum est præ condonando*, Onkel. Gen. IV. 13.

ו Copulationis, *Et.* Neque heic ab Ebraismo disceditur, sed eædem leges gutturalium labaliumque, vt & τῷ Scheva seruantur. Exempla nota sunt: וְרוּחָא *& spiritus*, וַחֲזָא *& vidit*, וּפְרַק *& disrupit*, וּקְרָא *& vocauit*, וִיהוֹן *& erunt*, quas minutias Syri negligunt. In vna lege recedunt ab Ebræis Chaldæi, quod Kamez non subdunt ו Copulatiuo. De

Co-

Copulatiuo autem ſolo agimus. nam ו Conuerſiuum Temporum ignorant prorſus Chaldæi.

ה Interrogationis *An? Num?* Heic quoque ingens conſenſus vtriusque linguæ. Num. XI. 23. הֲמֵימְרָא דַיְיָ יִתְעַכַּב *num Verbum Domini impeditur?* Ebr. הֲיַד *num manus* &c. Etiam cum Patach ante gutturalem aut Scheva, vt Exod. II. 7. הַאֵזִיל *num ibo?* הַמְכַסֵּי אֲנָא *num celans ego* Gen. XVIII. 17.

Hactenus de Præfixis Ebrææ Chaldææque linguæ communibus. Addunt Chaldæi

ד nouum Præfixum, itidem per *Scheva* (niſi lex obſtet Gutturalium, aut τῶν Schevajin concurſus) præmittendum. Varii officii eſt. *Genitiuum* deſcribit, vt ſupra notauimus, in Targum præſertim. Deinde eſt Pronomen *Qui*, *Quæ*, vtriusque Generis & Numeri. Sed hæc obuia. Tandem Coniunctiones *Vt*, *Quòd* ſignificat, e. g. מִדַּע דְּאַף הוּא תְּבִירוּת רוּחָא *cognoſcere, quòd etiam hoc ſit fractio ſpiritus*, ſiue moleſtum, Eccleſ. I. 17. תִּטַּר פִּקּוּדוֹהִי דְּיֵיטַב לָךְ *cuſtodies præcepta eius, vt bene ſit tibi* Deut. IV. 40. Sed in notione Coniunctionis ſæpius alia Particula præcedit, בְּדִיל aut בְּגְלַל, aut בְּגִין &c. e. g. גְּלֵי קֳדָמַי בְּדִיל דְּיִפַּקֵּד יָת בְּנוֹהִי *manifeſtum coram me, quod præcepturus ſit filiis ſuis* Geneſ. XVIII. 19. יַקַּר יָת אֲבוּךְ וְיָת אִמָּךְ בְּדִיל דְּיוֹרְכוּן יוֹמָךְ *honora patrem tuum & matrem tuam, vt prolongent dies tuos* Exod. XX. 12. בְּגִין דְּתִיתְּבוּן *vt habitetis* Gen. XLVI. vlt. in Ionathane.

* Pro ד ſæpiſſime eſt integra Particula דִּי; quæ in Targum Pronomen *Qui*, *Quæ*, vt plurimum; in Daniele & Eſra etiam Genitiui notam; item Coniunctiones *Vt*, *Quòd*, frequenti vſu conſtituit. In vno commate Eſræ IV. 15. triplex vſus ſtabilitur, דִּי יְבַקַּר *vt inquirat*. דִּכְרָנַיָּא דִּי אֲבָהָתָךְ *monumenta patrum*, annales, & תִּנְדַּע דִּי *cognoſces, quod* &c.

 Hæc

Hæc ſunt Chaldæorum Præfixæ litteræ: reliquas Ebræorum, vt ſunt ש, ה Emphaticum in Nominibus & Participiis; vti & ו Converſiuum tam Futuri, quam Præteriti, ignorant.

Pro ש, Rabbinis quam puris Ebræis, vſitatiore ſigno, habent ד, vel דִּי ſeparatim:

Pro ה *Emphatico* Nominum & Participiorum, Statum Emphaticum amant, cuius vſus adhuc patentior eſt in Chaldaica lingua, quam ה׳ הידיעה על in Ebraica. Nam quod diligentiſſimus Buxtorfius obſeruauit Gramm. Chald. p. 30. omnia, quæ Ebraice ה Haiediah habent, Chaldaice etiam cum א emphatico ſunt: ſed non contra omnis forma emphatica Chaldaica, Ebraice cum ה Haiediah efferri debet, v. g. Gen. I. 3. יְהִי אוֹר *ſit lux*, ratione ſenſus non poteſt habere He emphaticum: at Onkelos & Ionathan, יְהֵי נְהוֹרָא verterunt cum א notificationis.

* Prædiximus, reſpuere Chaldæos He Emphaticum in Nominibus & Participiis: nam in Pronominibus res aliter habet, & illud ה paſſim præfigi videmus ante הוּא, הִיא, דֵּין, דָּא, אִלֵּין, אִנּוּן, quando adiectiue ſumta Subſtantiuis ſubiunguntur, & quidem הוּא & הִיא per Patach ה adſumunt, reliqua per Kamez, e. g. בְּיוֹמָא הַהוּא *in die illo* Gen. XVI. 18. בְּהַהִיא שַׁעְתָּא *in illa ipſa hora* Cant. II. 15. בְּדָרָא הָדֵין *in generatione hac* Gen. VII. 1. עַרְעָא הָדָא *terra hac* XV. 7. 18. בְּיוֹמַיָּא הָאִנּוּן *in diebus illis* Gen. VI. 4. עַמְמַיָּא הָאִלֵּין *populi illi* Deut. XX. 16.

In tam raro vſu ה Emphatici & ſolis Pronominibus accommodato, illud, quamuis præcedat כ aut ב, ſeruatur integrum, non abſorbetur, vt fieri apud Ebræos ſolet. Præter exemplum, modo ex Cant. II. 15. productum, aliud ex cap. I. 8. eiusdem Cantici addo: וּבְהַהִיא זְכוּתָא *& per illud meritum ſiue iuſtitiam*, ה poſt ב manente inuiolato.

ו *Conuerſionis* Ebræorum ſemper natiuo & proprio Tempore Chaldæi exprimunt, v. g. וַיֹּאמֶר per וַאֲמַר *& dixit:* וַיִּבְרָא per וּבְרָא *& creauit:* וְאָהַבְתָּ cum ו conuerſiuo Præteriti, Deut. VI. 5 Onkelos vertit וּתְרַחֵם *& diliges.*

CAPVT IV
DE LITTERIS SVFFIXIS ET PRONOMINIBVS.

Svffixæ litteræ, exceptis paragogicis, vim Pronominum habent, & quidem Nominibus ſubiunctæ, Poſſeſſiuorum; Verbis, Perſonalium. Ad hæc ſexus in Pronominibus Suffixis diſtinguitur non reſpectu Nominum aut Verborum, quibus adduntur, ſed ratione perſonarum aut rerum, ad quas diriguntur. Id quod ex Ebræorum Grammatica repetendum erat.

Suffixa Singularis Numeri.

I. Perſonæ MEVS, ME.

Nominale Sing. ִי vt רִבּוֹנִי *dominus meus.*

Plur. ַי vt פִּקּוּדַי *præcepta mea,* אוֹרָיְתַי *leges meæ.*

* Duplicatur interdum י Plurale. e. g. in Targum Ionathanis Gen. II. 23. מִגַּרְמַיי *de oſſibus meis,* יְדַיי *manus meæ* III. 8.

Verbale Præteritorum ַנִי vt שְׁבַקְתַּנִי *deſeruiſti me.*

Ceterorum Temporum varie ֵנִי, ְנִי, ַנִי vt שַׁלְּחֵנִי *dimitte me* Gen. XXXII. 26. שֵׁיזְבִנִי *eripe me* ibid. v. 11. פְּרוֹקְנִי *libera me* Pſal. XXII. 22. דַּבְּרַנִי *duc me* XXV. 5. in Baſ. & Angl. ſed דַּבְּרְנִי in Venet.

Futuris ַנִי interuentu נ epenthetici ſuffigitur, vt יִטְּרַנַּנִי *cuſtodient me* Pſal. XXV, 21.

* Sæpius Suffixum Ebr. נִי cum Imperatiuis, Chaldaice per יָתִי *me* ſeparatim redditur. vid. Pſal. XVI. 1. XXVI. 1. 2. &c.

II. Perſonæ TVVS, TE.

Mascvlinvm ָךְ cum vtriusque Numeri Nominibus & Verbis, vt עַבְדָּךְ *ſeruus tuus,* & Plur. *ſerui tui* Gen. XLII. 11. 13. אֲחָךְ *fratres tui* XXXVII. 13. & ita in Targum plerumque ex ſenſu Nume-

rus

tus discernendus est: in Daniele autem & Esra י otiosum Plurali ךָ interponitur, aut relictum est ex Plurali terminatione, vt עַבְדָיךְ Esræ IV. 11. Cum verbis: יְהַבְתָּךְ *dedi te* Genes. XVII. 5. &c.

FOEMININVM ךְ, יךְ, ךְ, cum Nominibus Singularibus & Verbis, vt מַלְכֵּךְ אָתֵי לְגַוֵּיךְ *Rex tuus veniens in medium tui* Zach. IX. 9. בַּעְלֵיךְ *maritus tuus* Gen. III. 16.

יִךְ & יְכִי cum Nominibus Pluralibus, vt Genes. III. 16. Ionath. סִיגּוּפַיִךְ & Onk. צַעֲרָיְכִי *dolores tui*: בְּנָיְכִי *filii tui* Psal. CXLVII. 13.

III. Personæ ILLIVS, SVVS, EVM.

MASCVLINVM הּ vel in Targum יהּ cum Nominibus Sing. & Verbis, vt רֵישֵׁיהּ *caput eius*, סַתְרֵהּ *destruxit illum* Esr. V. 12.

* וֹהִי quære infra in Verborum Quiescentium suffixione; quorum fere proprium est.

והִי (Hierosolymitane וֹי) cum Nominibus Pluralibus, item cum Sing. אַב, אַח, חַם pro יהּ: & Verbis in ו vel י desinentibus, cum quibus ו suum amittit. e.g. אַפּוֹהִי *vultus eius*, אֲחוֹהִי *fratres eius*, אֲחוּהִי *frater eius*, הַקְרְבוּהִי *attulerunt eum* Dan. VII. 5. Raro cum aliis Verbis, vt בְּזַעוּהִי *diuide illum* Exod. XIV. 16. in Angl. & Bas. quamuis aliter sit in Buxt. Gramm. Ch. p. 303.

FOEMININVM הּ cum Nominibus Singularibus & Verbis, vt פּוּמַהּ *os eius* [terræ] Gen. IV. 11. עַנִּיתַהּ *afflixit* [Sara] *eam* XVI. 6. אֶתְּנִנַּהּ *dabo eam* [נ epenth.] XVIII. 14. In Daniele est etiam הַ per Patach, vt פֻּמַּהּ c. VII. 5. יִתְּנִנַּהּ IV. 14.

הָא cum Nominibus Pluralibus, vt בְּנָהָא *filii eius* Gen. III. 15. in Ionath. יָתְבָהָא *habitatores eius* [terræ] Onk. Num. XIII. 23. Item cum Sing. אַב, אַח, חַם, pro הּ, vt אֲבוּהָא *pater eius* F. Gen. XI. 29. Raro cum Verbis, vt קְרָהָא *legit illum* Ierem. XXXVI. 21.

Suffixa Pluralia.

I Personæ NOSTER, NOS.

COMMVNE נָא (raro נָן) tam cum Verbis, quam cum Nominibus, e. c. כַּסְפַּנָא *argentum nostrum*, אַסְקָנָא *eduxit nos:* יִפְרְקִנָּנָא *redimet nos* (cum נ epenth.) Esa. XXXIII. 22. אֲבוּנָן *pater noster* 1. Paral. XXIX. 10. vulgo אֲבוּנָא idem.

II Personæ VESTER, VOS.

MASCVLIN. כוֹן suffigitur Ebræo more Nominibus Constructis, vt כְּנִישְׁתְּכוֹן *congregatio vestra* Esa. I. 12. בְּנֵיכוֹן וּבְנָתֵיכוֹן *filii vestri & filiæ vestræ* Ioel II. 28.

* Cum Verbis plerumque est separatum יָתְכוֹן *vos.*

FOEMININ. כֶן siue כֵין, eodem modo quo כוֹן affigitur.

III Personæ, ILLORVM, SVVS, EOS.

MASCVLIN. הוֹן, Nominibus constructis additur, vt כוֹן, v. g. צִדְקַתְהוֹן *iustitia eorum* Prov. XI. 6. חוֹבֵיהוֹן *peccata illorum* Esa. I. 7. Etiam Infinitiuis, vt בְּמֶהֱוֵיהוֹן *in esse illos* [cum essent] Gen IV. 8.

נּוּן Verborum, & omnium quidem Temporum. e. c. אַרְכְּבִנּוּן *equitare fecit eos* Exod. IV. 20. תַּעְבְּדִנּוּן *facies illa* comm. 21. אַפְּקִנּוּן *educ eos* Gen. XIX. 5.

FOEMININ. הֵין cum Nominibus, vt עָנְהֵין *grex earum* Exod. II. 17. plane vt הוֹן Masc.

נִּן vel נִּין, vt טַרְדוּנִּין *depulerunt eas* Exod. II. 17. Onkelos: פַּרְקִינִּין *liberauit eas*, ibidem Ionathan.

Litteræ Paragogicæ.

Paragoge in Orientalibus linguis Suffixorum æmula est. Chaldæis sunt

א cum Verbis fere imperfectis, vt לְמִבְנְיָא *ædificare* Esr. V. 9. אִתְבְּרִיָּא *creatus est*, Ionath. Gen. II. 15.

 ו cum

י cum Affixo ךְ, vide pag. 16. & ad I. Sing Præteriti. vid. p. 19.

ן omnium vſitatiſſima paragoge, Verbis in ו & י finitis adhærere ſolita, vt אַקְנוּן *irritarunt* Targ. Hieroſ. Deut. XXXII. 16. הֲווֹן *fuerunt* 1. Paral. XI. 22. XVIII. 17. חֲמוֹן *viderunt* XIX. 6. תְּהָכִין *ibis* Fœm. Ruth. II. 8. תַּעְבְּדִין *facies* F.

*HE LOCALE Chaldæi non habent, quod tanquam paragogen ſubiiciant; ſed eius loco vtuntur vel LAMED proſthetico. v. g. Geneſeos XI. 31. Ebræum אַרְצָה Onkelos vertit לְאַרְעָא *in terram:* vel per aliam Particulam deſcribunt, vt cap. XXVIII. 12. הַשָּׁמָיְמָה, idem paraphraſta reddidit עַד צֵית שְׁמַיָּא *vſque ad cœlum.*

Modus Suffigendi.

Certis legibus & conditionibus opus eſt, quibus tam Nominibus, quam Verbis & Particulis Pronomina Inſeparabilia ſuffigantur, nempe

I. Nominibus ſuffigitur plerumque in Statu Emphatico, abiecto א, etiam ſecundum Targumiſtas Pluralis Maſculini י præcedente, quod in Daniele & Eſra ante Suffixum ךְ manet. e. g. שְׁמֵיהּ *nomen eius*, אִתְּתָךְ *vxor tua*, מוֹהִי *aquas ſuas* Num. XX. 8. בִּסְרָנָא *caro noſtra* Gen. XXXVII. 27. בְּנָךְ *filii tui* VI. 18. עָרָךְ *hoſtes tui* Dan. IV. 16. Et ſic facillima & expedita ſuffixio eſt, quia punctis vocalibus priorum ſyllabarum Status Emphaticus & Status Affixionis ſemper conueniunt: ab hoc autem Status Abſolutus ſæpe nimium differt.

* Suffixa Grauia כוֹן, כֵן, הוֹן, הֵן commodius propter eandem rationem adduntur Statui Conſtructo, vt apud Ebræos. Vide pag. præced.

II. In ו & י finitis ſimpliciter, ſine præuia vocali, quæ aliâs Suffixo propria eſt, ſuffigitur. e. g. קָרִיבוּנוּן *obtulerunt eos* Num. XI. 28. מְחוֹנוּן *percuſſerunt eos* Ioſ. IX. 18. in quibus etiam Dageſch excidit, quod a breui Vocali pendebat: מְחוֹהִי *percuſſit eum* (altero ו Suffixi, quod propter quietem mera vocalis eſt, excluſo) II. Reg.

XII.

XII. 22. אוֹנְקִיהִי *lacta eum* Exod. II. 9. דַּבַּרְתָּךְ *duxi te* Num. XXIII. 11. suffixo ךְ propter paragogen י, ex Ebraismi imitatione ad I Personam Præteriti adsumtam, Vocalem suam amittente.

* De suffixone ad *Iod* Verborum Quiescentium tertiâ, quæ plerumque peculiaris est & ab hac regula recedit, post paullo num. IX dicturi sumus.

III. Tribus Nominibus אַב *pater*, אַח *frater*, חַם *socer*, in Singulari Numero suffigitur insitione ו epenthetici, quod in Schurek quiescit: e. c. אֲבוּנָא *pater noster* Gen. XXXI. 14. אֲבוּהוֹן *pater eorum* IX. 23. אֲחוּךְ *frater tuus* IV. 9. אֲחוּהִי *frater eius* ibidem v. 8. חֲמוּהִי *socer eius* Exod. IV. 18. Sola prima persona Singularis MEVS excipitur, quæ cum אח & חם ordinarium י admittit, vt Gen. IV. 9. הֲנָטַר אֲחִי אֲנָא *num custos fratris mei ego?* אַב autem *pater* pro affixo MEVS Statum emphaticum אַבָּא postulat, e. gr. Gen. XX. 12. אֲחָתִי בַּת אַבָּא הִיא *soror mea, filia patris est*, Ebr. אָבִי *patris mei*. Atque ita in Targum semper loco Ebræi אָבִי *pater meus* inuenitur אַבָּא, etiam in nuper editis libris Paralipomenωn, vide lib. II. cap. VI. 7. vbi ter recurrit. Voluerunt quippe Chaldæi excellenti nominis forma & κατ᾽ ἐξοχὴν significare, quem quisque appellare debeat patrem suum. Adde sis, quæ in Samaritanis Horis p. 81. scripsimus.

IV. Duale תְּרֵין, constructe תְּרֵי, *duo, ambo*, Fœm. תַּרְתֵּין, cum Suffixis ו mobile epenthetice adsumit, ן abiecto. vt תַּרְוֵיהוֹן *ambo illi* Gen. II. 25. תַּרְוֵיכוֹן *ambo vos* XXVII. 45. תַּרְוָנָא *ambo nos* XXXI. 37. & ן seruato תַּרְוֵינָנָא Iob. IX. 33. תַּרְוֵיהֶן *duæ illæ* Ruth. I. 19.

V. Tertia Persona Præteriti Peal, vtriusque Numeri, cum Suffixa recipit, puncta sua ordinaria ְ ַ (Scheva & Patach) transponit: adsumit vero eadem puncta I Singularis, & III Fœminina eiusdem Numeri cum Suffixis e. g. מַסְרָךְ *tradidit te* I. Sam. XXIV. 11. נַסְבַהּ *accepit eam* Gen. VIII. 9. חַשְׁבַהּ *reputauit illud* XV. 6 רַדְפֵיהּ *persecutus est eum* Iud. IX. 40. in Angl. & Bas. (alii perperam legunt רְדַפוּהִי quod significat pluraliter *persecuti sunt*) סַתְרֵהּ *destruxit eum* Esræ V. 12. Quod si Chirek in vltima Verbi, vel Zere fuit, manere simplex forma potest, vt רְחִימָךְ *dilexit te* Deut. XV. 16, quanquam in quibusdam libris etiam רַחְמָךְ est.

Pluralis exempla sunt: טַרְדוּנוּן *depulerunt eos* Num. XIV. 45. vt hoc verbum Cl. Buxtorf. Gram. Ch. p. 292 melius exſcripſit, quam in Bibliis eiusdem, etiam in Anglis, expreſſum eſt טַרְדִנּוּן, quod Sing. Numeri eſt, *depulit eos.* Ionathanis verſio, vt ab Anglis exhibetur, nos confirmat, & turbatis quidem punctis, vt ſolet in illo codice, ו tamen, Plurali nota, præſente טְרָדוּנוּן plane perſcriptum tradit. Sed quid de dubia lectione certamus, cum certiora exempla non deſint? Exod. II. 17. טַרְדוּנִּין *depulerunt eas:* Deut. XXX. 7. רַדְפוּנָךְ *perſecuti ſunt te.*

At III Fœm. Sing. & I Singularis ita Suffixa admittunt: קְטַלְתֵּיהּ אִתְּתָא *mulier occidit illum* Iud. IX. 54. יְהַבְתֵּיהּ *dedi eum* Lev. XVII. 11. יְהַבְתִּינוּן *tradidi illos* Num. XVIII. 8.

VI. Inter Verbum & Suffixum ſæpe נ epentheticum ponitur, præcipue in Futuris, quibus hæc lex videtur perpetua. e. c. כָּל־דְיִשְׁכְּחִנַּנִי יִקְטְלִנַּנִי *omnis qui inuenerit me, occidet me* Gen. IV. 14. יְנַחֲמִנַּנָא *conſolabitur nos* V. 29. אֲסַבְּעִנֵּיהּ *ſaturabo eum* Pſalm. XCI. 16. יְעָרְעִנַּנָא *accidet nobis* Exod. V. 3. אַלְפִנָּךְ *docebo te* IV. 12. אַלְפִנַּנִי *doce me* Pſalm. XXV. 5. בָּרְכִנָּךְ *benedixit tibi* XLV. 3.

* Suffixum III Perſonæ Pluralis נוּן, quia per ſe includit epentheſin (compoſitum enim ex הוֹן & נ videtur:) nouam epentheſin litteræ נ non deſiderat. e. g. עֲבַדְתִּנּוּן *feci illos* Geneſ. VI. 7. תְּתַבְּרִנּוּן *confringes eos* Pſalm. II. 9.

VII. תוּן, Verborum ſeruilis ſyllaba, abiicit ן ante Suffixa, maxime in Præterito, & tum, quia in ו deſinit, quod remanet; Suffixa accipit ſimpliciter. v. g. שַׁלַּחְתּוּנִי *dimiſiſtis me* Geneſ. XXVI. 27. אַסֵּקְתּוּנָנָא *adſcendere feciſtis nos* Num. XX. 5. De Futuro incertum eſt, ſitne נ ante Suffixa ex terminatione ſeruili reliquum, an per epentheſin, Futurorum quaſi perpetuam, adſumtum. v. g. תִּרְדְּפוּנַּנִי *perſequemini me* Iob. XIX. 22. יִטְּלוּנָךְ *portabunt te* Pſalm. XCI. 12. יַחְסְנוּנוּן *poſſidebunt eos* Eſa. XIV. 2. & cum reduplicatione יִקְטְלוּנּוּן *occident illos* Amos IX. 3. & Zach. IX. 15. in Baſil. & Angl.

* Quod num. V. de טַרְדִנּוּן diximus, ſuſpectam lectionem eſſe; idem in mentem venit de voce יְדַבְּרִנּוּן Eſa. XIV. 2. vbi quæ præcedunt & ſequuntur verba, Pluralem ſenſum poſtulant

tollent

tollent eos, ducent eos, vnde Cl. Buxtorf in Grammat. pag. 308. יַרְבְּרוּנוּן ſcripſit, licet ipſe pariter, ac Angli, in Bibliis exhibeat יַרְבְּרִנַּךְ quod per ſe Singulare eſt. Componi lis videtur poſſe ex Amos IX. 2. vbi idem verbum cum Kibbuz tam in Baſ. quam Angl. יַרְבְּרִנַּךְ *tollent eos*, perſcribitur.

VIII. Infinitiui in אֵ hoc eſt Pael & Aphel, terminationem אַ in ות mutant ante Suffixa. e. c. לְשֵׁיזָבוּתְהוֹן וּלְאַסָּקוּתְהוֹן *ad liberandum eos & adſcendere faciendum eos* Exod. III. 8. בְּאַפָּקוּתָךְ *in educere te*, hoc eſt, cum eduxeris, ibid. v. 12. לְקַדָּשׁוּתִי *ſanctificare me* Num. XX. 12. לְבָרָכוּתֵיהּ *benedicere ei*, בְּאַגָּחוּתֵיהּ קְרָבָא *cum bellum gereret* I. Paral. X. 13. adde Eſræ V. 10. Dan. III. 16. 17. Eſt etiam Kibbuz euphonicum pro Schurek, vt לְשַׁלָּחֻתְהוֹן *dimittere illos* Exod. XII 33.

* An etiam in Infinitiuo Peal terminatio ות ante Suffixa vſitata ſit, recte dubitat Lud. die Dieu Gramm. Harm. p. 377. & exemplum Buxtorfii [Gram. Ch. p. 299] ex Iud. XIV. 15. מִסְכְּנוּתָנָא vertit *paupertatem noſtram* nominaliter. Quod ſi omnino Infinitiuus eſt, non a Peal סְכַן *tentare*, ſed ex Pael quadratæ formæ מַסְכֵּן *pauperem reddere*, deduci debet, ſicuti ipſe Buxtorfius in Bibliis, etiam Angli, מַסְכְּנוּתָנָא cum patach ſub מ ſcripſerunt, quod formam Pael arguit, cum Chirek in Peal ſub מ formatiuo ſit. At ſi Pael eſt, כ per Kamez, non Scheva, ſignandum erat.

IX. Verba Quieſcentia *Lamed Aleph*, hoc eſt quæ vltimam א [aut ה ex Danielis dialecto] habent, propriam amant Suffixionis rationem. Nam

1. Radix, ſiue III Perſona Sing. Maſc. Præteriti Peal, א [aut ה] abiicit ante Suffixum, puncta autem ſua retinet, ſaltim non transponit, vt cetera Verba. e. g. בְּנָהִי *ædificauit eum* Eſr. V. 11. מְחָהִי *percuſſit eum* Num. XXI. 24. מְחוֹהִי *percuſſerunt eum* II. Reg. XII. 21. (nam הִי, ſiue peculiare Suffixum eſt, ſiue truncatum ex וֹהִי, quieſcentium Verborum fere proprium eſt, maxime in Præterito & Imperatiuo Peal.) חֲזָנִי *vidit me* II. Sam. I. 7. בְּרָהּ *creauit eam* [terram] Eſa. XLV. 18. חֲזָנָךְ *vidit*

dit eos II. Reg. II. 24. מְחָנּוּן *percussit eos* Iud. IX. 43. pro quo Buxtorf. Gramm. pag. 286 ex priore forma mauult מְחִנּוּן, cum נ dageschato, vt semper in hoc Suffixo est.

* Raro א manet, vt חֲזָאַהּ *vidit eam* Genes. XXXVIII. 15, & prorsus irregulare est מְחוֹהִי *percussit eum* Esa. XXVII. 7. in Bas. & Angl. pro מְחָהִי, vt modo habuimus. Aliis Verbis, vltima non quiescentibus, הִי raro adhæret, vt סַבְּהִי *cape eum* I. Sam. XX. 21. אֲתֵיבְהִי *reduc eum* I. Reg. XXII. 26. סוֹבַּרְהִי *sustenta eum* Num. XI. 12. Plura addit in Imperatiuo Buxtorfius (nam huius fere Modi sunt) sed dubiæ lectionis. cum ipse & Angli Exod. XIX. 23. קַדְּשִׁיהּ habeant, non קַדְּשִׁהִי, *sanctifica eum:* & II. Sam. XI. 25. הוּ Ebraicum pro הִי in תַּקְּפֵהוּ *confirma eum.*

2. *Iod* terminale IMPERATIVORVM Masc. plerumque Suffixa simpliciter admittit, vt מְחֵינִי *dele me* Exod. XXXII. 32. רְמֵיהִי *proiice illum* cap. IV. 3. אַחֲזֵינָא *videre nos fac*, Aphel, Iud. I. 24. aut separatim describitur, vt אַחְמֵי יָתָנָא *videre nos fac* Psalm. LXXXV. 8.

3. FVTVRORVM personæ in Iod desinentes נ epentheticum interponunt, Iod plerumque absorpto, vel manente tanquam sustentaculo, in quo Chirek τῆς ἐπενθέσεως quiescat. v. g. יְהַוֵּנַּנִי *ostendet mihi* Dan. V. 7. תִּמְמְנִנּוּן *numerabis eos* Num. III. 15. (nam נּוּן æquiparari epentheticis, supra diximus p. 20.) יְפַצִּנָּךְ *liberabit te* Psalm. XCI. 3. אַחְמֵינֵּיהּ *videre eum faciam* ibid. v. 16.

4. Iod INFINITIVI Peal manere potest & tolli, e. c. כְּמִצְבְיֵהּ *secundum velle suum* Dan. V. 32. בְּיוֹם מִקְרֵינָא *in die clamare nos* (cum clamamus) Psal. XX. 10. מֵיתָךְ *venire te* Gen. XIX. 22. מִבְעֵנִי *quærere me* I. Sam. XXVII. 1.

5. Iod Præteritorum Pael & Aphel cum Suffixis mouetur, vt שַׁוְיָךְ *posuit te* Exod. II. 14. נַסְיֵהּ *tentauit eum* XV. 25.

6. Infinitiuus Pael & Aphel æque, quam regularium Verborum, ו־ת amat ante Suffixa. e.g. בְּגָרָיוּתִי *in immittendo me*, cum immi-

immissero Ezech. V. 16. לְרַבָּיוּתָךְ *ad inaugurandum te* I. Sam. XV. 1. אַגְּרוּתָךְ *deportare te* Thren. IV. 22.

* Eadem ratio est terminationis א in Futuro, Imperatiuo & Infinitiuo, quæ ad communiorem formam cum Iod, facile reduci potest.

Suffixio Particularum.

Suffixio Particularum ad Suffixionem Nominum pertinet, quia Suffixa cum iis significant personaliter, non possessiue. Non autem de separatis tantum Particulis heic agimus, sed præcipue etiam de inseparabilibus, hoc est, quæ ex Præfixis & Suffixis coalescunt. Separatarum enim Particularum suffixio regularis est, præter illas, quæ Plurali modo sibi suffigi expetunt.

Seruiles Voculæ cum ב *&* ל

בִּי *in me*, בָּךְ *in te* Masculine: בִּיךְ Fœm. Gen. III. 16. בֵּיהּ *in eo*, בַּהּ *in ea*, בַּנָא *in nobis* Exod. I. 10. בְּכוֹן *in vobis* Masc. בְּהוֹן *in illis* Masc. Exod. I. 14. & sic etiam בְּהֵין, בְּכֵין Fœminine. בּוֹן autem pro בְּהוֹן est Hierosolymitanum, quod in sua dialecto recensebimus.

Lamed iisdem punctis Suffixa recipit, quibus ב, vt לֵיהּ *ei* vel *ad eum*: לָנָא *nobis* לְהוֹן *illis* &c.

Cum כ & מ Chaldæi Suffixa non componunt, sed integras Particulas כְּוָת, כְּמָא & כְּמָת *sicut*, מִן *ex*, substituunt, quæ regulariter Affixa recipiunt, nisi quod כְּמָא suum א abiicit, aut ex alia forma כְּמֵי Suffixa admittit. v. g. כְּוָתִי *sicut me* Deut. XVIII. 15. כְּוָתָךְ *sicut te*, v. 18. אֲנָא דִּכְמָתָךְ *ego sicut tu* Iob. XXXIII. 6. כְּמָתְכוֹן *sicut vos* XII. 3. דִּכְמֵיהּ *qui sicut ille* cap. I. 8. דִּכְמֵיהוֹן *sicut illi* Psal. XXXVII. 1. מִנָּךְ *ex te* Dan. II. 23. Fœm. מִנִּיךְ Esa. LIV. 8. מִנְּכוֹן *a vobis* Iud. VIII. 24. מִנָּנָא *a nobis* Esa. LIII. 3.

Particulæ cum Suffixis Pluralibus.

Sicut apud Ebræos & Syros sunt multæ Particulæ, quibus suffigitur Pluralium more: ita pariter tales vel eædem Chaldæis sunt, quæ

quæ pluralem ſuffixionem poſtulant, non quidem in omnibus perſonis, ſed præcipue in III Maſculina Singularis; II & III Pluralis Numeri: ſæpe etiam I Singularis. Sunt vero potiores

אֲחוֹר *poſt*, vnde אֲחוֹרוֹהִי *poſt illum* Gen. XVIII. 10. Ex Ebraiſmo notum אַחֲרֵי, vnde אַחֲרֵיהוֹן *poſt eos* Dan. VII. 24.

בֵּין *inter*, vt בֵּינֵיכוֹן *inter vos* Geneſ. IX. 12. בֵּינֵיהוֹן *inter illos* XXIV. 3. Peculiare eſt בֵּינָא *inter me* Gen. XIII. 8. in Onkel. & Ionathane: & cap. XVI. 5. in Ionathane, vbi Onkelos & Targum Hieroſolymitanum בֵּינַי habent. בֵּינוֹהִי *inter illum* &c. Poteſt etiam Pluralis Suffixio eſſe ex forma בֵּינֵי *inter*, vt Eſa. LII. 14. בֵּינֵי עַמְמַיָא *inter gentes.*

בָּתַר *poſt.* בַּתְרוֹהִי *poſt eum* Geneſ. XVIII. 19. בַּתְרֵיכוֹן *poſt vos* cap. IX. 9. בַּתְרַי *poſt me* XXIV. 5.

גַּב *ad, apud.* גַּבַּיי *apud me* Ionathan Gen. III. 12. גַּבַּי *mecum* Iob. X. 17. & גַּבַּי cap. XIX. 4.

לְחוֹד *tantum, tantummodo:* cum Affixis *ſolus*, & tunc plerumque ב præfixum habet. Sic בִּלְחוֹדוֹהִי *ſolus ille* Ionath. Gen. II. 18. בִּלְחוֹדֵיהוֹן *tantum illi, ſoli illi* I. Paral. XIX. 9. At בִּלְחוֹדַי, modo Singularium, *ſolus ego* I. Reg. XIX. 10.

עַל *ſuper, de, contra*, vt עֲלוֹהִי *ſuper eum* Gen. XV. 12. עֲלֵיהוֹן *ſuper eos* cap. XIIII. 15. עֲלַי *contra me* Pſalm. III. 2.

קֳבֵל *coram, ex aduerſo*, in plerisque regularis eſt, niſi quod interdum ſcribitur cum הוֹן & כוֹן interueniente Iod, pluralitatis ſigno. e.g. קָבְלֵיהוֹן *ex aduerſo ipſorum* Targ. Hieroſol. Exod. XIV. 13.

קֳדָם *coram, ante:* קֳדָמוֹהִי *coram eo* Exod. XXXIII. 15. מִן קֳדָמָהָא Fœm. *a coram eius*, ſiue *a conſpectu eius* [Saræ] Gen. XVI. 6. קֳדָמֵיכוֹן *coram vobis* Ierem. XXVI. 4. קֳדָמַי *coram me* Gen. IV. 10. Sic etiam קוֹם Hieroſolymitanum, vt קוֹמוֹי *coram eo* Ionath. Gen. I. 26.

תְּחוֹת *ſub*, vt תְּחוֹתוֹהִי *ſub illo* I. Paral. XXIX. 28. תְּחוֹתֵיהוֹן *ſub eis* Num. XVI. 31. תְּחוֹתַי *ſub me* II. Sam. XXII. 37.

Particulis his adnumerari debent אִית *eſt, ſunt*, & לֵית *non eſt, non ſunt*, item ſimpliciter *non*; quæ etiam Suffixa Pluralia, vt apud Syros,

Syros, accipiunt. v. g. אִיתוֹהִי *est ille* Dan. II. 11. אִיתָךְ *es tu* v. 26. אִיתֵיכוֹן *estis* III. 14. אִיתַי *ego sum* Psalm. XXXIX. 14. CIV. 33. Sic לֵיתוֹהִי *non est* Gen. V. 24.

In ceteris personis Particulæ prædictæ omnes sunt regulares, vt מִן קֳדָמָךְ *a coram te, a conspectu tuo* Gen. IV. 14. in Targum sic semper, vbi י plurale exulat: קֳדָמַנָא *coram nobis* Ier. XXXVI. 15. בֵּינָךְ *inter te* Gen. III. 15. עֲלַהּ *super eam* Genes. XVI. 14. עֲלַנָא *super nos* XIX. 31. בָּתְרָךְ *post te* XVII. 7. &c.

Pronomina Separata.

I. Personalia siue Demonstratiua

Singularia.

Pers.	I	Commun.	אֲנָא [אֲנָה Dan. II. 23.]	EGO.
	II	Commun.	אַתְּ, אַנְתְּ [* אַנְתָּה]	TV.
	III	Masc.	הוּא [אִיהוּ אִיהוּא]	ILLE.
		Fœm.	הִיא [אִיהִיא]	ILLA.

Pluralia.

Pers.	I	Commun.	אֲנַחְנָא [נַחְנָא Gen. XLII. 11.]	NOS.
	II	Masc.	אַתּוּן, siue אַנְתּוּן	VOS.
		Fœm.	אַתֵּין, siue אַנְתֵּין	——
	III	Masc.	אִנּוּן, [הִנּוּן, הִמּוֹן, הִמּוֹ]	ILLI.
		Fœm.	אִנֵּין, הִנֵּין	ILLAE.

OBSERVATIONES.

Pro diuersitate dialecti quædam vncinis inclusimus, vt rariora, aut posteriorum paraphrastarum, aut Danielis vel Esræ propria, a reliquis vsitatioribus discernantur. v. g. in Daniele est אַנְתָּה cum ה superfluo, cap. II. 37. IV. 19. Vtroque loco Masora: יתיר ה׳ *abundat He.*

אִיהוּא & אִיהִי siue אִיהָא sunt posteriorum paraphrastarum.

הִמּוֹן הִנּוּן posterioribus etiam, quam prioribus paraphrastis: הִמּוֹן Danieli: הִמּוֹ Esræ vsitatius est. Pro אִנּוּן scribitur etiam אִינּוּן & אִינּוּן, e.g. in Ionath. Gen. III. 7. idque interdum per suetam enallagen de sequiore sexu vsurpatum inuenitur, vt Gen. VI. 2. in Onkel. אֲרֵי שַׁפִּירָן אִינּוּן *quia pulcræ illæ*. Et hoc אִינּוּן deducit Buxtorfius ex Singulari אִיהוּ.

Sunt etiam alia Demonstratiua Pronomina III Personæ, sed DEFECTIVA, & quidem

Sing. Masc. דֵּךְ siue דֵּיךְ Esr. V. 17. VI. 7. 8. & דֵּיכִי Gen. XXXVII. 19. in Onkel. & Zach. IV. 10. מַן הוּא דֵּיכִי *quis est ille?* Pariter דֵּן, דֵּין & cum emphasi הָדֵין, tam in Daniele, quam Targum. Vtrumque דֵּיךְ & דֵּין respondet Ebræo זֶה, notatque *iste, ille, hic*.

Fœm. דָּא in Dan. & Targ. & cum emph. הָדָא in Targum passim: דָּךְ Esr. IV. 13. & דְּנָא, דְּנָה, דְּנַן, omnia, *hæc, ista, illa*. דְּנַן etiam cum Masc. vt דְּנַן דָּרָא *hæc generatio* Psal. XXIV. 6.

Plur. Masc. אִלֵּךְ *isti*, in Esra & Daniele obuium.

Comm. אִלֵּין & הָאִלֵּין, in Targum. Num. XXII. 9. גֻּבְרַיָּא הָאִלֵּין *viri isti*: Gen. VI. 9. אִלֵּין תּוֹלְדָת *hæ generationes*.

* IDEM, IPSE, vt Ebraice per עֶצֶם, ita Chaldaice per כְּרַן, constructum quasi Nomen, redduntur. e.g. בִּכְרַן יוֹמָא הָדֵין *in eodem die, illo ipso die* Gen. XVII. 23. Exod. XII. 41.

II. Interrogatiua.

Interrogatiua sunt vel PERSONAE, *quis, quænam, quinam?* vel REI, *quid, quodnam?*

PERSONAE מַן, מָן, & מַאן Gen. XIX. 12. ac מָאן I Paral. XI. 17. *Quis? quæ? quinam?* vtriusque Generis & Numeri. v. g. מַן הוּא *quis ille?* Dan. III. 15. מַן אַנְתְּ de fœmina, *quænam tu es?* Ruth. III. 9. מַן גֻּבְרַיָּא הָאִלֵּין *quinam viri isti?* Num. XXII. 9.

REI מָא, מַה, מָה *Quid?* vt apud Ebræos:

אידין

אֵידֵין *Ecquis, qualis?* אֵידָא *Ecquod, quale?* אֵידֵין בֵּיתָא וְאֵידֵין
אֲתַר *qualis domus & qualis locus?* Esaiæ LXVI. 1. עַל אֵידֵין
חֹבָא *ob quod peccatum?* Cant. V. 17. אֵידָא הִיא אִגֶּרֶת פִּטּוּרִין
quis est libellus iste repudii? Esa. L. 1.

* מַן postpositum, vt מִי Ebræorum, notat Genitiuum *Cuius?* בַּת מַן אַתְּ *cuius filia es tu?* Gen. XXIV. 23.

Si Relatiuum ד vel דִּי sequitur post מַן, amittit vim interrogandi, valetque *Is*, aut cum ד, *quisquis?* e. g. Psal. XXXII. 1. מַן דִּשְׁבִיקִין לֵיהּ מְרוֹדוֹי *is, cui remissæ rebelliones suæ.*

III. Relatiuum.

דִּי, idem, quod inde deductum ד Præfixum, *Qui, Quæ*, vtriusque Generis & Numeri. Exempla obuia.

Obliqui Casus exprimuntur, sicut apud Ebræos: Accusatiuus sæpe absolute, vi Verbi Actiui, e. g. גְּבוּרָן דִּי עֲבַד יְיָ *facinora, quæ fecit Dominus* Esa. LII. 9. Ceteri pleonastice plerumque, e. c. עַמָּא דַּיְיָ אֱלָהֵיהּ *populus, cuius Deus est* DOMINVS Psalm. CXLIV. 15. דִּי שְׁמֵיהּ *cuius nomen* Mich. V. 1. Datiui exemplum ex Psalmo XXXII. 1. modo attulimus. בִּשְׂרָא דִּי בֵיהּ רוּחָא דְחַיֵּי *caro, in qua spiritus vitæ* Gen. VI. 17.

IV. Possessiua.

Suffixa inseparabilia loco Possessiuorum sunt: habent tamen etiam separata Chaldæi, quanquam rariora, ex דִּי Relatiuo, & ל Datiui charactere composita, atque sic MEVS describunt *quod mihi:* TVVS, *quod tibi:* NOSTER, *quod nobis est*, &c. e. g. אַחָא דִּילִי *frater meus* Psalm. XXXV. 14. Separatim etiam scribuntur, aut post די Maccaph interponitur. v. g. יְקָרֵב אַהֲרוֹן יַת תּוֹרָא דְחַטָּאתָא דִּי־לֵיהּ *offeret Aaron taurum pro peccato suo* Lev. XVI. 11. Absolute etiam, sine Substantiuo, pro MEVM, TVVM &c. ponitur, vt Genes. XII. vlt. Exod. XIII. 2.

דִּידִי, דִּידָךְ &c. idem significat, sicut etiam apud Talmudicos, v. g. Targ. Hieros. Gen. XLIX. 10. דִּידֵיהּ הִיא *suum (vel eius) est.* Sed hoc minus vsitatum est, quam superius per ל factum.

V. Reciproca.

Reciproca Pronomina non habent ſeparata & peculiaria Chaldæi, vti nec Syri ac Ebræi; ſed deſignant Reciprocationem adiectivam SVVS per Demonſtratiua יה .. , וְהִי, aut horum Fœminina, v. g. רְשַׁוִּי בְּיָי סִבְרֵיהּ *qui poſuit in Domino ſpem ſuam* Pſalm. XIV. 6. יְמַנַּע יְדוֹהִי *abſtinuerit manus ſuas* Eſa. LVI. 2.

Reciproca Perſonalia SE, SIBI; item MEIPSVM, TEIPSVM &c. per נְפַשׁ *anima*, aut גַּרְמָא *os* deſcribunt, v. c. Eſa. V. 21. Ebraice הוֹי חֲכָמִים בְּעֵינֵיהֶם *væ ſapientibus in oculis ſuis*, Targum בְּעֵינֵי נַפְשְׁהוֹן *in oculis animæ ſuæ*, LXX interpretes ἐν ἑαυτοῖς. Pariter עֲבַדַת גַּרְמֵיךְ כְּאִתְּתָא דְנַטְרָא יְבָם *feciſti teipſam vt mulierem, quæ præſtolatur leuirum* Ruth. III. 10. אַבְאָשָׁא לְגַרְמֵיהּ *malefacere ſibi* Pſalm. XV. 4.

* מִדַּעַם *quidquam, aliquid* Pronominibus adnumeratur, & frequenter ante ſe לא *non* habet, vid. Gen. XIX. 6. Exod. V. 11. Eſa. LV. 10. Si præcedit כל *omne*, cum eo exponitur *quidquid*, vt Num. XXXI. 23. Reſpondet Syro ܡܕܡ, & Talmudico מִידֵי apocopen paſſo, quod etiam Iobi VI. 6. in Targum altero ita truncatum occurrit.

CAPVT V
DE VERBO ET CONIVGATIONIBVS.

I. Ordinariæ Coniugationes ſunt

PEAL, Neutra vel Actiua, ſicut Kal	cui reſpondet	ITHPEAL.
PAEL, Actiua, ſicut Piel		ITHPAEL.
APHEL, Tranſitiua, ſicut Hiphil		rara ITTAPHAL.

* Dialectus Danielis & Eſræ addit Præteritum PEÏL, paſſiuæ ſignificationis: vt & Coniugationem Paſſiuam HOPHAL, de quibus ſingulari Capite de huiusmodi Dialecto, acturi ſumus.

II. Modi & Tempora ſunt totidem, quot apud Ebræos: etiam Participia reſpondent Ebraicis, niſi quod Paël & Aphel etiam Paſſiva

va Participia admittunt, a ſuis Actiuis per ſolam terminationem Patach, & quidem tantummodo in Maſc. Singulari, diſtincta: in ceteris caſibus eadem. v. g. מְבָרֵךְ *benedicens*, מְבָרַךְ *benedictus* Dan. II. 20. מְתַקַּן *paratus* Prov. XXI. 31. & in Aphel מַצְלַח *proſperatus* Eſr. V. 8. מְתַכַּל *orbatus* Hoſ. XIII. 8. In Fœm. & Plurali conueniunt cum Actiuis, & ſolo ſenſu diſtinguuntur.

III. Terminationes Coniugationum PATACH, ZERE, CHIREK ſæpiſſime permutantur, v. g. in Peal pro Patach dicitur etiam קְרֵב *acceſſit* Daniel. III. 26. יְתֵב *ſedit* VII. 10. נְצִיב *plantauit* Geneſ. II. 8. נְסִיב *ſumſit* v. 22. & נְסֵיב per Zere, IV. 19. סְגִיד *adorauit* XXIV. 26. Etiam in Participiis, vt נָפֵיק *egrediens* Geneſ. II. 10. Sic etiam in reliquis Coniugationibus, vt בָּרֵךְ *benedixit* Dan. II. 19. שֵׁיזִיב *eripuit* III. 28. in Paël: אִתְרְחִיץ *confiſus eſt* Hab. II. 18. in Ithpeal: הִתְחָרֵךְ *combuſtus eſt* Dan. III. 27. אִתְהַפֵּיךְ *conuerſus eſt* Pſalm. CV. 25. in Ithpael.

IV. Tertiæ Fœmininæ Perſonæ Præteritorum (nam etiam Pluralem Chaldæi ſexu diſtinguunt) variæ ſunt. Singularis ex regula habet סִלְקַת *adſcendit* Dan. VII. 20. (aut Kamez loco Patach, VII. 8.) ſic פִּתְחַת *aperuit* Gen. IV. 11. interdum Chirek aut Zere pro Scheva, vt נְסִיבַת *accepit* Iud. XVII. 4. ſed propter gutturalem aut ר Patach duplex, aut etiam propter ר Zere duplex adſumitur, vt הִשְׁתְּכַחַת *inuenta eſt* Dan. VI. 24. שְׁמַעַת *audiuit* I. Reg. XXI. 15. אֲמַרַת *dixit* Gen. XXX. 16. & אֲמֶרֶת Dan. V. 10. דַּבְּרַת *duxit* Gen. XVI. 3. הִתְגְּזֶרֶת *deciſa eſt* Dan. II. 34. Si media gutturalis, aliquando Sægol ſub prima eſt, vt נְחֶתַת *deſcendit* II. Reg. I. 14. & non nunquam in aliis etiam, Syrorum more, vt נִפְקַת *egreſſa eſt* Dan. II. 13.

Pluralis Numeri III Fœminina in אָ vulgo; interdum in ןָ exit, vt יְדַעָן *cognouerunt* Onkel. Gen. XIX. 8. cum נ epenthetico, ſine quo in Lexico Talm. allegatum eſt: אַשְׁקְיָאָן *potum dederunt*, eodem cap. v. 33. in Ionathane, vbi Onkelos אַשְׁקִיאָה habet, א ſeruili, propter ſimile radicale, in ה ex conſuetudine conuerſo. Sic in eodem Targum Ionathanis Geneſ. III. 7. אִתְנְהָרָן עֵינֵי תַּרְוֵיהוֹן *illuminati ſunt oculi amborum.* Ad poſteriores paraphraſtas hæc terminatio potiſſimum pertinet.

V. FVTVRVM Peal, quod ſimile ferme Ebræo eſt, Kibbuz in Daniele & Eſra pro vltima vocali habet, vt נִסְגֻּד *adorabimus* Dan. III. 18. in Targum *Vau cholematum*, vt אֶכְנוֹשׁ *colligam*: raro cum Schurek in perfectis Verbis, vt תִּגְנוּב *furaveris* Deut. V. 19. aut cum Kibbuz in Targum, vt תִּשְׁבֻּק *remittes* Exod. XXXII. 32. תִּפֻּק *egredietur* Fœm. I. Sam. XXIV. 14.

Sic & Imperatiuus Peal: פְּרֻק *abrumpe* Dan. IV. 24. פְּרוֹק idem in Targum.

VI. Præterquam quod quædam propter gutturalem in fine Futuri & Imperatiui I Coniugationis Patach poſtulant; ſunt etiam alia, quæ *Patach* pro Cholem aut Kibbuz amant, e. g. תִּדְחַל *timebis* Gen. XV. 1. תִּשְׁלָט *dominaberis* propter pauſam Kamez loco Patach) Dan. V. 16. Etiam Radices נְסַב *accepit*, נְסַק *adſcendit*, in Imperatiuo & Futuro Peal plerumque Patach pro Cholem habent, vt סַב *cape* Gen. VI. 20. יִסַּב *accipiet* c. III. 22. סַק *adſcende* Num. XXVII. 12. אֶסַּק *adſcendam* Gen. XLVI. 31. Rarum itaque exemplum eſt סוֹבוּ *ſumite* Deut. XXXI. 26. cum aliter סַבוּ vel סְבוּ idem Onkelos ſcripſerit Gen. XLII. 33. XLIII. 11. 12. Exod. V. 11. IX. 6. Num. XVI. 6.

VII. Vocalem *Zere*, vel cognatam *Chirek*, vtramque in *Iod* quieſcentem, habent in Futuro & Imperatiuo Kal Rad. עֲבַד *fecit*, אֲזַל *abiit*. vt עֲבֵיד *fac* Gen. VI. 14. vel עֲבֵיד Num. XXI. 8. עֲבִידוּ *facite* Num. XVI. 6. עֲבִידוּ Exod. V. 16. אַעְבֵּיד *faciam* cap. VI. 1. תַּעְבֵּיד *facies* Gen. VI. 15. atque ita paſſim: vt ſingulare itidem ſit, quod I. Paralip. XVII. 2. עֲבַד ſcribitur pro עֲבֵיד *effice*. Pariter ex altero Verbo eſt אֵיזִיל *ita* (י priore, vt ſigno Vocalis, abundante) Gen. XII. 1. & ſine י cap. XXVI. 16. תֵּיזִיל *ibis* cap. III. 14, aut cum Zere in fine, XXIV. 4. Taceo Ebræis & Chaldæis communia אֶתֵּן, תִּתֵּן *dabo*, *dabis* &c. quæ omnibus nota ſunt.

IIX. Præter vſitatam Infinitiuorum formam in I Coniugatione, quæ מִפְקַד eſt, inuenitur etiam alia ſed rara, in *Cholem* finita, vt מִפְרוֹק *vindicare* Ruth. IV. 6. מִטּוֹר *cuſtodire* Targ. Hieroſ. Gen. II. 15. מִסְבּוֹל *portare* IV. 13. & abſque מ in בְּקָרוֹבֵיהוֹן *in offerre eos*, id eſt, cum offerrent, Num. III. 4. Rarior eſt Talmudica forma, quæ in ֵי definit, præcedente ו ante vltimam radicalem, vt הֲלוּכֵי *ire* Lev. XIII. 7. in Ionathane: אַפּוּקֵי *educere* Lev. XXVI. 5.

IX. Ad

IX. Ad Pael pertinent etiam Verba QVADRATA, vt פַּרְנֵס *aluit, sustentauit*, פַּרְנֵק *oblectauit*, מַסְכֵּן *pauperem reddidit*, שַׁעְבֵּד *seruiit* & *in seruitutem redegit*; & forma Poal, vt סוֹבֵר *sustentauit*, longâ, Cholem, compensante eiectum Dagesch, sicut Zere in שֵׁיזֵיב *eripuit, liberauit*, quod Verbum itidem Coniugationis Pael extra ordinem est: cui simile הֵימִין *credidit*, quod Buxtorfius ad Aphel refert, sed Participium format quasi in Paël, מְהֵימַן, etiam Futurum יְהֵימִין *credet* Iob. XV. 22. aut defectiue יְהֵמִין ibidem v. 15. quanquam contracta etiam forma superat, quæ Futuro Aphel similis apparet, vt אֵימִין *credam* cap. IX. 16. יֵימִין *credet* c. IV. 18.

X. Danielis & Esræ dialectus א characteristicum Coniugationis Aphel in ה; & את Passiuorum in הת mutat: etiam ה illud in Aphel ad Futurum & Participium trahit, quamquam nouæ formatiuæ accedant. Id perrarum est in Targumin, v. g. תְּהוֹדְעוּן *scire facietis* Iof. IV. 22. יְהוֹבְדוּן *peribunt* (intransitiue, præter naturam Coniugationis) Psalm. LXVIII. 3. Sed plura de iis in Dialectis trademus.

XI. א Passiui characteris את cedit litteris אתין Futuri, & מ Participii. vt יִתְכְּנֵשׁ *congregabitur*, מִתְיְהֵב *datus*.

XII. ת characteristici את, ante similem ת, ט, ד abiicitur & per Dagesch compensatur. e. g. אִתַּבְּרוּ *fracti sunt* I. Paral. XIX. 16. אִטַּמְּרִית *absconditus sui* Gen. III. 10. אִטַּמְּרָא Infin. *abscondi* IV. 14. אִדַּבְּרַת *deducta est* XII. 15. יִדַּקְּרוּן *transfigentur* Mich. I. 7. Neglecta hac lege perfecte scribitur אִתְדְּלַקָא *incensæ sunt* Ierem. LI. 30.

XIII. Passiuæ Coniugationes non semper significant passiue. v. g. אִדְּכַר *recordatus est*, quod etiam Accusatiuum regit, non secus ac Actiuum Verbum. e. c. אִדְּכַר שִׁמְשׁוֹן יָת אִתְּתֵיהּ *recordatus est Simson vxoris suæ* Iud. XV. 1. יִשְׁתַּמְּעוּן *audient, obedient* Dan. VII. 27. & Onk. Gen. XLIX. 10.

XIV. Transpositio sibilantium ס, ש, צ, ז, ante ת characteristicum Passiuarum: etiam permutatio ת in ט propter צ cum ט; propter ז cum ד, Chaldæis eadem est, quæ Ebræis: immo frequentior Chaldæis, quam Ebræis, quod hi rarius vtuntur sua Hitphael; quam illi Passiuis, charactere ת præsignatis. e. g. אִסְתְּמַךְ *suffultus est*, אִשְׁתְּאַר *relictus est* Gen. VII. 23. יִצְטַבְּרָן *emittentur* Fœm. Num. XXIV. 24. יִזְדַּבַּן *vendet* Deut. XV. 12. יִזְדְּרַע *seminabitur* XXI. 4.

Typus

Typus Coniugationum.

Aphel *Transitiua*	Pael *Actiua*	Peal. *Actiua* vel *Neutra*	
אַפְקֵר תַ־ְ *Zere in ceteris manet;* אַפְקֵרוּ *præter 3. Plur. M. vbi Hirek Paruum est, aut propter* חֵעֵר *Patach.*	פַּקֵּר תַ־ְ פַּקֵּרוּ	פְּקַר 3. M. פִּקְדַת 3. F. (תָּא & תָּ) תְּ 2. M. תְּ 2. F. פִּקְדֵת 1. C. *Sing.* וּ 3. M. אָ 3. F. תּוּן 2. M. תֵּין 2. F. נָא 1. C. *Plur.*	Præteritum
אֲפַקֵּר *Reliqua sunt Ebræa, præter terminationem* ן, *in Fut. Peal notatam.*	vt in Piel	*Futurum est Ebræum, terminatione Plur.* וּ *in* ן & נָה *in* ן *mutata: in Dan. & Esra Cholem fit Kibbuz.*	Futurum
אַפְקֵר *Zere fit Hirek P. in Fœm. & Plur.*	vt in Piel	פְּקוֹר *vel* פְּקַר Imperatiuus *In Fœm. & Pl.* ִ *vel* וּ *manet.*	
אַפְקָרָא	פַּקָּרָא	מִפְקַר Infinitiuus.	
מַפְקֵר *Participium Pass. ab Actiuo differt per finale Patach in Sing. Masc. In ceteris conueniunt.*	vt in Piel	פָּקֵר *Præs.* *Passiuum* פְּקִיר *Peil* *Motio Participiis est eadem, quæ Adiectiuis, Genere, Numero, Statu, vt* פְּרִיקַיָּא *redemti Esa. LI. 11. Affixa etiam accipiunt, e.c.* פָּרְקִךְ *redimens te F.c. LIV. 5.*	Participium

Explanatio Coniugationis I.

FVTVRVM			
Targ. אֶפְקוֹד,	אֶפְקֹד	1	S.
F.* (קְדִי) T. קוֹד	תִּפְקֹד	2	
F. (תִּפְקֹד) T. קוֹד	יִפְקוֹד	3	
T. קוֹד	נִפְקֹד	1.	Pl.
F. (ןָ)	תִּפְקְדוּן	2	
F. (ןָ)	יִפְקְדוּן	3	

* II. Fœm. Sing. ſæpius habet ן paragogicum.

PRAETERITVM			
F. (פִּקְדַת	פְּקַד	3	S.
F. (תְּ) תָ *	פְּקַדְתְּ	2	
ִית *	פִּקְדִית	1	
F. פְּקַדָא	פְּקַדוּ	3	Pl.
F. תֵּן	פְּקַדְתּוּן	2	
	פְּקַדְנָא	1	

* Ad II. Sing. Maſc. ſæpe additur א paragogicum, vt כְּתַבְתָּא *ſcripſiſti* Exod. XXXII. 32. quẽadmodum ad I. Sing. י paragogicum, præſertim cum Affixis: hæc etiam in ִית formatur, vt יְהָבִית *dedi.*

IMPERATIVI maior eſt variatio, quam exemplis dabimus.

Maſc. Sing. פְּרֻק *redime* Dan. IV. 24. פְּרוֹק idem Pſalm. XXV. 22. atque ita in Targum ſemper. בְּחוֹן *proba* Pſalm. CXXXIX. 23. & בְּחַן Pſalm. XXVI. 1. קְרַב *accede* Lev. IX. 7. & קְרִיב Gen. XIX. 9. אֱמַר *dic.*

Plur. שְׁבֻקוּ *ſinite* Eſr. VI. 7. רְחוּמוּ *diligite* Pſalm. XXXI. 24. קְרִיבוּ *offerte* Exod. XXXII. 29. אֱמַרוּ *dicite* Eſa. III. 10.

Fœm. Sing. אֱכֻלִי *ede* Dan. VII. 5. שְׁתוּקִי *tace* II. Sam. XIII. 20. אֱמְרִי *dic*, Ebraice, Onk. Gen. XX. 13.

Plur. שְׁמַעְנָא *audite* Eſa. XXXII. 9. & שְׁמַעַן Geneſ. IV. 23. & contracte שְׁמַעָא Ierem. IX. 20, ſicut in לֹ״ה בְּכָאָה *flete* II. Sam. I. 24.

Infinitiuus & Participia manent, vt in Typo exhibita fuerunt. Ceteræ Coniugationes in terminationibus seruilibus, præter Infinitiuum, conueniunt cum Prima, vt paradigmate peculiari in iis opus non sit.

Typus Passiuarum Coniugationum.

ITHPAEL.	ITHPEAL.
PRAETERITVM	
אִתְפַּקַּר	אִתְפְּקַר
Formatur vt Pael	Formatur vt Peal, tantummodo syllaba אִת præposita.
FVTVRVM	
אִתְפַּקַּר	1 אִתְפְּקַר
Augmenta eadem, quæ in Ithpeal.	Augmenta antecedentia & consequentia sunt eadem, quæ in Peal. 2 תִּתְ 3 יִתְ &c.
IMPERATIVVS	
אִתְפַּקַּר	אִתְפְּקַר M.S. ִי F. וּ M.Pl. ָנָא F.
Terminationes eædem, quæ in Ithpeal.	Patach manet cum augmentis finalibus ִי, וּ, נָא
INFINITIVVS	
אִתְפַּקָּרָא	אִתְפְּקָרָא
PARTICIPIVM.	
מִתְפַּקַּר, ־ָא, ־ִין, ־ָן	מִתְפְּקַר, ־ָא, ־ִין, ־ָן

Coniugatio ITTAPHAL in perfectis Verbis vix reperitur: vbi in imperfectis occurrat, v.g in *Pe Iod;* in singulorum recensione adnotabimus. Formatur vero vt Aphel, præposito charactere אִת, perinde ac Ithpeal & Ithpael, de quibus iam dictum est.

CA-

CAPVT VI
DE VERBIS DEFECTIVIS.

VErba Anomala vel DEFECTIVA sunt, vt PE NVN, & GEMINATA, in quibus inter coniugandum radicalis littera plerumque deficit: vel QVIESCENTIA, quibus aliqua quiescentium litterarum אי״וה anomaliam parit, de quibus sequenti capite agetur. Heic de solis Defectiuis PE NVN & GEMINATIS. Nam in Lamed Nun vel Tau a regula non discedunt Chaldæi, vt נְחַתְּתָּא *descendisti* I. Sam. XVII. 28. Rad. נְתַן *dedit* vere defectiua, tantum in Futuro, quod pure Ebræum est, & Infinitiuo vsitata: cetera Tempora ex Radice יְהַב supplentur.

I. *Pe Nun.*

I. Nun Scheuatum in Præterito Peal, Participio Peil, & tota coniugatione Ithpeal manet, neque in his quidquam anomaliæ inest. e.c. נְפַק *egressus est*, יְהִיבִין *dati* Num. III. 9. יִתְנְכִס *mactabitur* Levit. XIX. 6.

II. In ceteris Ebræo more abiicitur Nun scheuatum, & si medium fuit, compensatur per Dagesch Forte.

III. Abiicitur ergo sine compensatione, vbi initiale fuerat, nempe in Imperatiuo Peal, vt טַר Deut. V. 12. vel טוּר Psalm. XXV. 20. *custodi:* טוּל *leua, tolle* Num. XX. 18. סַב *sume* Gen. VI. 20. סַקוּ *adscendite* Num. XIII. 18. חוּת *descende* Exod. XIX. 21. aut הוּת Gen. XLV. 9. פּוּק *egredere* VIII. 16. פּוּקוּ *exite* Esa. LII. 11.

IV. Compensatur medium in Futuro & Infinitiuo Peal, & tota Coniugatione Aphel, nisi gutturalis obstet. e. g. יִסַּב *accipiet* Genes. III. 22. תִּכּוֹס *mactabis* Deut. XVI. 2. יֵחוּת *descendet* Num. XXIV. 19. מִטַּר *custodire* Gen. III. vlt. מִתַּן *dare* IV. 12. מִפַּק *egredi* VIII. 7. אַפֵּיק *educ* ibid. v. 17. אַסָּקָא *adducere* I. Paral. XV. 4. מַחֵית *descendere faciens* Gen. VII. 4.

V. Passiua Ittaphal א elidit, vt אִתַּפַּק *eductus est* Ezech. XXIV. 6. אִתַּחַת *descendere factus est* Gen. XXXIX. 1.

* Multa tamen ex his ipsis non raro integra & plena sunt, vt יִנְתֵּן *dabit* Dan. II. 16. מִנְתַּן *dare* Esræ VII. 20. הַנְפֵּק *asportavit* Dan. V. 2. נְטַר *serua* Psalm. XVI. 1. מִנְטַר *obseruare* Gen. II. 15. in Ionathane: יִנְטְרוּן *seruabunt* II. Paral. VI. 16.

II. Geminata.

Geminata dicimus illa Verba, in quibus secunda radicalis similis est tertiæ, quorum flexio maximam partem conuenit cum Ebraica. Nam

I. Expungitur media radicalis in Coniugationibus leuibus: & accedente augmento a fine, posterior dageschatur. e. g. עַל *ingressus est* Dan. II. 16. עַלּוּ *ingressi sunt* Gen. VII. 9. עוּל *ingredere* ibidem v. 1. מִחַן *misereri* Dan. IV. 24. גֹּדּוּ *succidite* ibidem v. 11. בֹּזּוּ *diripite* Nahum II. 9. Interdum Dagesch in longam resoluitur, vt דָּקוּ *comminuta sunt* cap. II. 35.

* Regularis est Imperatiuus בְּרוֹר *elige* I. Paral. XXI. 10.

II. In Peal litteræ אתין Futuri puncta retinent ordinaria, hoc est Chirek sequente Dagesch, nisi huius vel exclusio vel resolutio longam analogam siue Zere postulet. e. g. יָבוּז *diripiet* Ezech. XXIX. 19. יִיחוֹר *ardescet* Psalm. II. 12. תֵּרוֹג *concupisces* Deut. V. 21. תֵּגוֹז *tondebis* Deut. XV. 19. aut cum Schurek, תֵּיעוּל *ingredieris*, Gen. VI. 18. aut denique cum Patach, vt etiam in perfectis Verbis fieri solet. e. g. תְּקַן *inuidebis* Proverb. XXIV. 19.

III. Participia Peal sunt plerumque regularia, vt גָּזִיז *tondens* I. Sam. XXV. 4. גְּזִיז *detonsus* Psalm. LXXVI. 2. כְּפִיף *incuruatus* Esa. LVIII. 4. Interdum syrizat Benoni, in mediæ locum adsumto א, vt מָאֵס *liquescens* Psalm. LVIII. 9. aut י, vt קָיֵץ *exscindens* Ierem. X. 3.

IV. Ithpeal quoque sæpenumero regulare est, vt אִתְבְּזִיז *direptus est* Hos. VIII. 8. יִתְגְּרַר *trahetur* Ierem. XXII. 19. Si deficit media, ת characteristicum dageschatur, vt אִתַּעֲלוּ *introducti sunt* Gen. XLIII. 18.

V. Pael & Ithpael analogiam Ebraicam sequuntur, vt שׁוֹמֵם *obstupuit*, אֶשְׁתּוֹמַם *obstupefactus fuit* Dan. IV. 16. Est etiam quadrata seu reduplicata forma, vt מְרַקְרֵק *comminuens* Iob. IX. 17.

VI. Aphel legem expungendæ litteræ ſequitur, vt Peal, e. g. אָעֵל *introduxit* Gen. VIII. 9. & נ loco dageſch, הַנְעֵל Dan. II. 25. מַבִּיז *diſſipans* Eſa. XXIV. 1. תַּדִּק *comminuet* F. Dan. II. 40. אָגֵן *protegam* II. Reg. XX. 6. יָגֵן *proteget* Eſa. XXXI. 5. dageſch in longam reſoluto.

CAPVT VII
DE VERBIS QVIESCENTIBVS.

Quieſcentes litteræ אהוי anomaliam pariunt in Verbis orientalium, quæ vel in prima littera ineſt, vt in quieſcentibus Pe *Aleph* & Pe *Iod*; vel in media, vt in Verbis Ajin *Vav*; vel in vltima, vt in Lamed *Aleph*, *He* vel *Iod*.

I. Pe ſiue *prima Aleph.*

I. Primam א in Futuro & Imperatiuo KAL retinent Daniel & Eſra; interdum abiiciunt: Targumiſtæ plerumque in י conuertunt, quod in Zere cum formatiuis quieſcit; aut prorſus abiiciunt, manente Zere ſub formatiua. e. g. נֵאמַר *dicemus* Dan. II. 36. מֵאמַר v. 9. & מֵמַר Eſr. V. 11. & מֵימַר in Targum, *dicere:* מֵיחַד *prehendere* I. Paral. XIII. 9. יֵימַר *dicet*, paſſim in Targum: & יֵמַר Eſa. XX. 6. ſic & יֵימְרוּן *dicent* & יֵמְרוּן Gen. XII. 12.

II. Futurum & Imperatiuus Kal in Schurek deſinit, aut, quod in perfectis etiam ſolet, in Patach. v. g. אֱחוּד *prehende* Exod. IV. 4. תֵּשׁוּד *effundes* ibidem v. 9. אֵיכוּל *comedam* Gen. XXIV. 33. אֱמַר *dic* XLV. 17. אֱמַרוּ *dicite* Eſa. LXII 11. תֵּילַף *diſces* Deut. XIV. 23. נֵיבַד *peribimus* Ion. I. 14.

* Radicem אזל *iuit*, Zere vel Chirek M. ad mediam adſumere in Futuro & Imperatiuo, ſupra p. 30 dictum fuit.

III. PASSIVA vtraque, Ithpeal & Ithpael, vt & Pael, א retinere poſſunt & tollere poſt formatiuam ſeruilem. v. gr. אִתְאֲחַדְתָּא *captus es* Prov. VI. 2. & אִתְּחַד *captus eſt* Thren. IV. 20.

יִתַּסֵי *sanabitur* Num. XII. 12. אֲאַלֵּיף Pfalm. LI. 15. & Exodi IV. 15. אֲלֵיף *docebo:* אֲבָרְנָךְ *perdam te* Ezech. XXV. 7.

IV. APHEL mutat א in Vav cholematum. e.g. אוֹבַר *perdidit*, תּוֹבִיר *perdes* Esa. XXVI. 4. הוֹבַרְתָּא *perdidisti* Pfalm. IX. 7. cum ה Babylonico, quod ex illa dialecto etiam in Futuro manet, vt יְהוֹבַר *peribit*, Fœm. & intransitiue, Pfalm. I. vlt. מוֹרִיךְ *prolongans, exspectans* Mich. V. 7. יוֹרְכוּן *prolongabunt* Deut. V. 16.

* Rad. אֲתָא *venit* mutat in Aphel א in י, sicut apud Syros, e.g. אַיְתִי *attulit* Gen. IV. 4. מַיְתִי *adducens* c. VI. 17. יַיְתִי *adducet* Num. VI. 10. 13. cui simile est in Targum Hierosol. אַיְכִיל *cibauit* Deut. XXXII. 13. quod alias constanter cum ו formatum legitur.

II. Pe Iod siue primâ Iod.

I. In PEAL litteræ אתין Futuri, & מ Infinitiui, Zere (aut cognatum Chirek) habent, Iod quiescente. e.g. תֵּידַע *scies*, מֵיתַב *sedere*. Sæpe pro Iod est Dagesch, quod interdum in נ resoluitur. vt מִתַּב *habitare* Exod. II. 21. מִדַּע *scire* Gen. III. 22. נִדַּע *cognoscemus* XIX. 5. תִּנְדַּע *cognosces* Dan. IV. 23.

II. Futurum in Patach aut Zere definit, pro quo aliquando Chirek substituitur. e.c. יֵירַת *hereditabit* Deut. XXXIII. 23, seu defectiue, dagesch propter ר neglecto, יֵרַת Gen. XXI. 10. יֵיתַב *bene erit* XII. 13. אֵתֵּב *habitabo* Pfalm. CXXXII. 14. יִתֵּב *sedebit* Dan. VII. 26.

III. In Imperatiuo Peal Iod plane abiicitur, Ebræorum consuetudine, e.g. דַּע *scito* Gen. XX. 7. דְּעוּ *scitote* Iud. XVIII. 14. vt apud Ebræos: הַב *da* Gen. XIV. 21. תִּיב *habita* XXXV. 1. vel תִּיב XXI. 15. תִּיבוּ *habitate* XXXIV. 10.

IV. APHEL & ITTAPHAL mutant Iod in *Vav Cholem*. e.g. אוֹתִיב *collocauit* Gen. XLVII. 11. אוֹדְעִית *manifestaui* Targ. Hierosol. Exod. VI. 3. מוֹסִיף *addens* Esa. XXXVIII. 5. יוֹתִיר *reliquum faciet* Deut. XXVIII. 54. in Hierosolymitano. אִתּוֹכַחַת *reprehensa est* Gen. XX. 16. אִתּוֹקָדוּ *combusti sunt* I. Paralipom. XIV. 12. מִתּוֹסַף *additus* Esa. LVI. 3.

V. Anomala Coniugationis Aphel sunt

אַקִּיף *cinxit, circumdedit*, Particip. מַקִּף *cingens*, vt connexionis lineam grammatici vocant: אַקְּפוּנִי *circumdederunt me* Psalm. XXII. 17.

הֵיבֵל *adduxit, abduxit* in Esra, vt cap. V. 14. VI. 5. VII. 15. at in Targum pro eo אוֹבִיל est.

אוֹטִיב *benefecit* ו & י ferre potest, vt אוֹטָבָא *benefacere* Genes. XXXII. 12. & אֵיטָבָא Ierem. X. 5. XXXII. 40. Sic תּוֹטִיב *benefacies* Onkel. Gen. IV. 7. תֵּיטִיב ibidem Ionathan & Hierosol.

VI. PAEL & ITHPAEL sunt regulares, nisi quod Ithpael י in ו mobile, vt apud Ebræos, mutat, e. c. אֶתְוַכַּח *disceptabo* I. Samuel. XII. 7.

* Radix יכל vel יכיל *potuit*, in Præterito est formæ eius, quæ Chirek ante vltimam, vel Zere habet, vt יְכִילוּ *potuerunt* Gen. XIII. 6. Futurum terminatione ordinarium, י vel retinet, vel in dagesch mutat, vt תִּיכוּל *poteris* Genes. XV. 5. נִכּוּל *prævalebimus* Num. XIII. 31. Sic & Infin. מִכַּל ibidem, & מֵיכַל Num. XXII. 38. *posse*.

III. *Ajin* siue *media Vav.*

I. Quæ mediam ו quiescens habent, in PRAETERITIS non passiuis conueniunt fere cum Ebræorum Grammatica. Nam Peal ו in Kamez; Aphel in י chirekatum; Pael in י dageschatum mutat. e. gr. קָם *surrexit* Dan. III. 24. בָּת *pernoctauit* VI. 18. Aphel אֲקִים *constituit* III. 1. הֲתִיב *respondit* II. 14. Pael קַיֵּם *confirmauit*.

* Præteritum Kal cum Chirek extra ordinem, Dan. V. 20. רִם *elatum est*. Sic מִית *mortuus est*, quod י retinet in aliis etiam casibus, vt מִיתַת *mortua est* Num. XIX. 1. מִיתְנָא *mortui sumus* ibidem commate 3.

II. In IMPERATIVIS & FVTVRIS quoque harum Coniugationum magna cum Ebraismo conuenientia est. Paël plane eadem: Peal & Aphel sola Vocali formatiuarum איתן ab Ebræis discrepant, quæ his Kamez est, Chaldæis Scheua, aut propter א personæ primæ, Cha-

Chatephpatach. v. g. קוּם *ſurge*, יְקוּם *ſurget* Dan. VI. 9. יְקִים *ſuſcitabit* II. 44. אֲקִים *erige* II. Sam. XXIV. 18. תּוּבְנָא *redite* Fœm. Ruth I. 12.

* Sunt tamen etiam cum Kamez ex Ebraiſmo, v. g. אֲמוּת *moriar* Ruth I. 17. תָּסֵף *conſumet* F. Dan. II. 44. אֲקִים *ſtabili* II. Sam. VII. 25. Rarius Zere, vt אֵתוּב *redibo* Iud. VIII. 9. quod interdum in breuem & dageſch reſolui Buxtorfius Gram. p. 158. teſtatur, verum exempla, quæ adfert, tam in ipſius, quam Angl. Bibliis aliter ſcribuntur, אֵתוּב *reuertar* Zach. I. 16. אֲטוּס *auolabo* Pſalm. LV. 7. quæ a regula nihil recedunt.

בוּת *pernoctare* in Futuro & Imperatiuo ו in י mutat, vt אֲבִית *pernoctabo* Ruth I. 16 cum Kamez: נְבִית *pernoctabimus* Gen. XIX. 2. בִּיתִי *pernocta* F. Ruth. II. 12. בִּיתוּ *pernoctate* Num. XXII. 8. quod æmulatur צִית *auſculta* Pſalm. V. 2. quod verbum in Aphel alias intranſitiue ſignificat, vt אֲצִית *auſculta* ibidem comm. 1.

הוּךְ *ire, proficiſci*, Futuro vſitatum, quod, eiecto ו, per Kamez vel Patach formatur, e. g. יְהָךְ *ibit* Eſræ V. 5. VII. 13. תְּהָךְ *ibis* I. Paral. XIV. 14. תְּהָכוּן *ibitis* Gen. XIX. 2. & in Infinitiuo, qui eſt מְהָךְ *ire* Eſr. VII. 13. De ceteris Temporibus dubitat Buxtorfius, putatque per אזל ſuppleri: Samaritani tamen Præteritum quoque habent, Gen. XXII. 13 ..... & *init.* Adde Hor. Samar. p. 37.

III. Infinitivus Peal Kamez pro ו habet, & Scheua ſub מ formatiuo, vt מְבָת *pernoctare* Geneſ. XXIV. 25. מְמָת *mori* Num. XIX. 4. Pro Scheva interdum Zere in Targum eſt, vt מֵתַב *redire* Ierem. III. 11. מֵיצַד *venari* Gen. XXVII. 5. Raro ו ex Ebraiſmo ſupereſt, vt מְרוּץ *lætari* Pſalm. LI. 14. מְקוּם *ſtare* LXIX. 3. Ceteri Infinitiui in אָ fiunt regulariter, vt Aphel אֲתָבָא *reducere* Iob. IX. 18. Pael קַיָּמָה *confirmare* (ה pro א) Dan. VI. 8. quemadmodum tota Coniugatio Pael regularis eſt.

IV. Participium Benoni Kal, mediam א ſumit in Maſc. Singulari, eamque in Fœm. & Plurali in י mutat. e. g. קָאֵם *ſtans* Deut. V. 31 דָּאֵן *indicans* Geneſ. XV. 14. תָּיְבִין *reuertentes* c. VIII. 3. מָיְתִין *morientes* Eſa. LVII. 1.

* Dan.

* Dan. IV.32. דָּאְרֵי *habitantes*, V.19. זָאְעִין *trementes* Masoretarum lege per י leguntur, qui ק׳ דיירי, ק׳ וייעין adnotarunt. Contra in Targum nonnunquam Singularis Masc. est cum י, vt חָיֵס *parcens* Ierem. XXI.12. דָּיֵץ *exultans* Prov. XXIX. 6.

V. Participium Peïl Iod & Chirek habet, vt שִׂים *positus* Dan. III.29. לִיט *maledictus* Gen. IV.11. A quo Aphel tantum per formationem מ schevati differt, vt מְרִים *exaltans* Psalm. III.4. quod Dan. V.19. מָרִים per Kamez scribitur inusitate. Nam multiplex in vocali formatiuarum variatio est, ita tamen vt Scheva maneat punctum ordinarium.

Typus Coniugationum Peal & Aphel exemplo רום *altum esse*.

APHEL				PEAL			
		PRAETERITVM					
F. (מַת)	אֲרִים	3	S.	F. (רָמַת)	רָם	3	S.
F. (תְּ)	אֲרֵימְתָּ, תְּ	2		F. תְּ	רָמְתָּ תְּ	2	
	אֲרֵימֵית	1			רָמֵית	1	
F. (מָא)	אֲרִימוּ	3	Pl.	F. (רָמָא)	רָמוּ	3	Pl.
F. (תֵּן)	אֲרֵימְתּוּן	2		F. (תֵּן)	רַמְתּוּן	2	
	אֲרֵימְנָא	1			רָמְנָא	1	
		FVTVRVM					
	אֲרִים	1	S.		אֲרוּם	1	S.
F. (מִי)	תְּ	2		F. (מִי)	תְּ	2	
F. (תְּרִים)	יְ	3		F. (תְּרוּם)	יְ	3	
	נְ	1	Pl.		נְ	1	Pl.
F. (ן)	תְּ ון	2		F. (ן)	תְּ ון	2	
F. (ן)	יְ ון	3		F. (ן)	יְ ון	3	
		IMPERATIVVS					
F. & Pl. Chirek)	אֲרִים			vt Ebr.	רוּם		
		INFINITIVVS					
	אֲרָמָא				מֵרָם		
		PARTICIPIA					
	מְרִים				רָאֵם		Benoni
					רִים		Peil

VI. Passiuæ Coniugationes in his Verbis raræ sunt, & paucis exemplis perdiscendæ. v. g.

Ithpaël.

Vt tota Pael, ita etiam tota Ithpael, lege seruata mediæ litteræ, regularis est, siue ab vsitata forma fiat, vt ex קַיֵּם fit אִתְקַיַּם; siue ex ebraizante, ut ex רוֹמֵם, אִתְרוֹמַם, ex qua sunt אִתְבּוֹנְנוּ *intelligite* Psalm. L.3. מִתְמוֹטְטִין *commoti* XLVI.3.

Ithpeal.

אִתְּרָם aut אִתְּרַם	Præt.
אֶ	Fut.
תִּ	
&c. יִ	
אִתְּרָמָא	Infin.
מִתְּרָם	Particip.

†Est etiam י in vltima, vt תִּתְּצִיד *capieris* Prov. III. 26. מִתְּצִיד *captus* XXIX.6. nisi ad Ittaphal hæc malis referre.

* Formam קַיֵּם videntur imitari pauca Verba, quæ media א quiescunt, vt a שאל fit שַׁיֵּל *petiit*, maxime apud Talmudicos: ex שאר, שַׁיַּר, אִשְׁתַּיַּר *reliquus fuit*, II. Paralip. VIII.7. Verbum כַּוֵּן *parauit*, quamlibet ex כון formatum est, tamen quasi perfectum, ו suum regulariter mouet.

IV.. *Lamed* siue *vltima Aleph.*

I. Tertia radicalis א late apud Chaldæos patet, & tam illis verbis Ebræorum respondet, quæ vltimam ה habuerunt, vt בְּנָא *ædificauit*; quam quibus א fuit etiam apud Ebræos, vt בְּרָא *creauit*, קְרָא *vocauit*.

II. PRAETERITVM Peal א seruat in radice, hoc est III persona Sing. Masculina: etiam in Plurali Fœm. personæ eiusdem: in ceteris personis. vt & in omnibus aliis Præteritis ceterarum Coniugationum mutatur א in י, cui in III Fœm. Sing. & III Plur. Masc. interdum א superadditur. v. g. בְּעָא *quæsiuit*, צְבָא *voluit*, חֲזוֹאָה *viderunt* F. Ios. XXIV.7 בְּנֵיתָ *ædificasti* Deut. VI. 10. בְּרֵית *creaui* Esa. LIV. 16. רְמֵינָא *proiecimus* Dan. III.24. Sic in aliis Coniugationibus, שַׁוִּי *posuit*,

posuit, אַחֲוִי *ostendit*, אִתְקְרִי *vocatus est*, אִשְׁתַּנִּי *mutatus est*, Dan. III. 19. Tertia autem pluralis Masc. duplex est, Peal plerumque in ו, in ceteris in ין finita: deinde in יאו, e.g. רְמוֹ *proiecerunt* Dan. VI.16. שַׁנִּיו *mutarunt* III. 8. שְׁרִיאוּ *cœperunt* Gen. VI.1. אַיְתִיאוּ *adduxerunt* XLVII. 17. אִתְבְּרִיאוּ *creati sunt*: in Kal hæc forma rarior, vt סְגִיאוּ *creuerunt* Exod. I. 7. רְבִיאוּ idem Iud. XI, 2. (scribitur etiam sine א, præsertim in Targum Ionathanis, vt אַיְתִיוּ *attulerunt* Exod. XXXII. 3. אִתְבְּרִיוּ *creati sunt* Gen. II. 4.) Sic III Fœm. Singul. Præteritorum format, vt כְּהִיַת *caligauit* Iob. XVII. 7. אִתְמְלִיאַת *repleta est* Gen. VI. 13.

* Quædam heic variant. Sunt enim, quæ א interdum seruant etiam in aliis, quam prima, Coniugationibus, vt אִתְחֲוָא *indicatum est* Genes. XXVII. 42. Ierem. XXIII. 25. Et Pluralis Fœminina nonnunquam in אָן definit, vt קְרָאָן *vocauerunt* Ruth IV. 17. addit Cl. Buxtorf בְּכִיאָן *plorarunt* c. I. 14, sed eiusdem & Anglorum Biblia habent בָּכְיָן in forma Participii Pluralis.

III. Futura in Danielis & Esræ libris א (vel ה ex illorum dialecto) plerumque seruant, vt אֶבְעֵא *quæram* Dan. VII. 16. יֶעְדֵּה *cessabit* ibidem v. 14. יִתְקְרֵי *vocabitur* c. V. 12. In Targum plerumque in י mutatur. e.g. נֶחְמֵי *videbimus* Psalm. XXXVI. 10. יַיְתֵי *adducet* Num. VI. 10. יִתְבְּנֵי *ædificabitur* Zach. I. 16.

* Raro in Targum א manet, vt יִתְגְּלֵא *manifestabitur* I. Paral. XII. 17. Præcipue id vsitatum in יִתְרַבָּא *magnificabitur* Gen. XXIV. 23. Lev. XXI. 10. Num. XXIV. 7. Esa. LII. 6. LIII. 2. Est tamen etiam יִתְרַבֵּי Esa. XI. 1. Zach. VI. 12.

Anomala & contracta sunt יְהֵי *erit* Gen. I. 3. (vel יְהֵוֵא cap. XVI. 12.) יְהוֹן *erunt* I. 14. יְחֵי *viuet* III. 22. יֵחוּן *viuent* Num. XXIV. 23.

IV. Imperativi Singularis Numeri, Masculini א in י vertunt: Fœminei א, vt notam suam, resumunt. Plurales Præteritis suis similes sunt: aut Fœminei peculiariter in ן definunt. e.g. חֲיִי *viue* Dan. II. 4. קְרֵי *voca*, cum Zere, Hos. I. 6. חֲוָא *indica* Fœm. Gen. XXIV. 23. אֱתוֹ *venite* Dan. III. 26. קְרוֹ *vocate*, cum Schurek, Ruth

I. 20. בְּכָאָרִן *flete* Fœm. II. Sam. I. 24, pro quo Buxtorf mauult בְּכָאֶינָא, ex quo videtur contractum esse: קְרָן *vocate* Fœm. Exod. II. 20.

* Ludouicus de Dieu Gram. Harm. p. 319. miratur a Buxtorfio אָ terminationem Fœm. Sing. sine exemplo poni. Vnum autem attulerat אֱתָא *veni* Gen. XIX. 32. de Lothi filia, quod Ionath. אִיתָא ibidem scripsit: ex Pael addo חַוָּא *indica* Genes. XXIV. 23. vbi Ionath. תַּנֵּי *doce* habet, ea forma, qua est in Peal חֲזִי *vide* de Abigail I. Sam. XXV. 35. quam ipse de Dieu ex norma Syri ܚܙܝ & similium, חָזִי per Kamez censet scribendam esse. At vero אֱתָא, אִיתָא *veni* de viris quoque leguntur Num. XXII 11. XXIII. 7. sicut קְרָא *voca* Hos. I. 4. ex Ebraismo. הֲוָיָא *esto* F. Gen. XXIV. 60. videtur esse ex הֲוִי & א paragogico.

Apocopata sunt אִשְׁתְּ *bibe* Gen. XXIV. 14. חַו *indica* XXXVII. 16. שַׁו *pone* XLIV. 1.

V. INFINITIVVS Peal Danieli & Esræ in אֵ.., Targumistis in ּי.. terminatur, vt מִבְנֵא *ædificare* Esr. V. 2. מִשְׁרֵא *soluere* Dan. V. 16. מִמְנֵי *numerare* Gen. I. 14. מִסְגֵּי *crescere* VI. 1. Ceteri Infinitiui fiunt in אָה, vt אַסָּאָה *sanare* Hos. V. 13. אַסְגָּאָה *multiplicare* Gen. III. 16.

* Absque מ formatiuo in Daniele & Esra est הֱוָא cum ל Præfixo, *esse:* raro in aliis, vt בְּנֵא *ædificare* Esr. V. 13. Specialis contractio est in הֱוֹן & הֱוְיָן, quæ cum ל notant, *vt sint illi, illæ*, quasi ad esse eos, eas, Esr. VI 10. Dan. V. 17. deductæ ex הֱוָיְהוֹן, הֱוָיְהֵן, Infinitiuo & Pronomine suffixo.

Constructus cum suo Verbo in אָ finit, vt מִדְלָא דְלָא *hauriendo hausit* Exod. II. 19. adde cap. III. 7. at a חַיָּא *vixit*, est מֵחְיָא מֵחֵא *viuendo viues* II. Reg. VIII. 10. & מֵחַי יֵחֵי *viuendo viuet* Ezech. XVIII. 21.

VI. PARTICIPIA quoque ita comparata sunt, vt in Daniele & Esra plerumque in אֵ.. [vel הֵ..], in Targum in ֵי.. finiantur, v. g. Benoni Kal צָבֵא *volens* Dan. V. 19. שָׁתֵה *bibens* ibidem v. 1. אָתֵי *veniens* in Targum. Peil בְּנֵה *ædificatus* Esr. V. 11. קְרֵי *lectum*.

Et

Et ſic etiam in ceteris Participiis duplex terminatio eſt, vt מְהַשְׁנֵא *mutans* Aphel Dan. II. 21. מִתְבְּנֵא *ædificatus* Eſr. V. 8. quæ in Targum plerumque in י exeunt.

Fœmininum Singulare facit יָא, vt אָתְיָא *veniens* Gen. XVI. 8. חָזְיָא *videns* v. 13. Patach loco Kamez, non tam propter gutturalem, quam quod ita in Targum vſu venit. Eadem autem forma probe diſtinguenda eſt tam a Maſculina emphatica (nam emphaſin etiam Participia admittunt) quam a Peïl muliebris Generis. e. g. חָדְיָא *lætans* virilis Generis eſt & emphaticum Prov. XVII. 22. ſequioris & abſolutum Pſalm. CXIII. 9. Sic כְּסִיָא Fœm. Peil eſt Iob. XXVIII. 21. & *tecta* exponitur, ſed eadem forma poteſt etiam Benoni eſſe.

Pluralis Maſculinus, quam varius ſit, ex parte pag. 10. prædiximus. Nempe formatur in ִין, ַיִן, ָן, ָאן & ָן v. g. שָׁתַיִן Iob. I. 13. שָׁתַיִן Dan. V. 23. שָׁתָן Hagg. I. 6. שָׁתָאן I. Paral. XII. 13. & שָׁתָן Gen. XIX. 3. in Targum Hieroſolymitano, omnia maſculine ſonant *bibentes*. Sic בָּנַיִן *ædificantes* Eſr. IV. 12. אַחָךְ רָעַן *fratres tui paſcentes* Gen. XXXVII. 13. גֻּבְרִין נָצַן *viri rixantes* Exod. II. 13. נְבִיֵי שִׁקְרָא דְמִתְנַבְּן *pſeudoprophetæ, qui vaticinantes* Ierem. XXIII. 25. חָמַיִן *videntes* Gen. III. 7. in Ionathane: מָחַן *percutientes* ibidem v. 15. in Hieroſol. de filiis mulieris: מִתְחַמְיַן *viſi* in eodem Targum Gen. XIX. 3. de angelis. Ex his formis, quæ in ַיִן, Danieli & Eſræ; quæ in ָן vel ַן finit, poſterioribus Targumiſtis vſitatior eſt. Eadem ratio eſt Participii Peil, vt שְׁרַיִן *ſoluti* Dan. III. 25. מְחַן וּמְעַנַּן *percuſſi & afflicti* Eſa. LIII. 4.

* Participia a סְנָא *odiſſe*, א, Syrorum more, non raro retinent augmento accedente, e. g. Fœm. סָנְאָה Buxt. in Lex. habet, at idem in Bibliis, etiam Angli סָנְיָא *odio habens* Prov. VIII. 13. Sic סָנְאָךְ *oſores tui* Deut. VII. 15. שָׂנְאֵיהוֹן *oſores illorum* Amos IX. 2. Etiam in Peïl, שְׂנוּאֲתָא *exoſa* Gen. XXIX. 31. [29] littera ו ex Ebraiſmo relicta.

† אַיְתַיִן *afferentes* ſine ם II. Paral. IX. 14.

Typus Præteriti Quieſcentium vltima א.

APHEL	PAEL	PEAL		
אַרְבִּי *multiplicauit*	*educauit* רַבִּי ; רַבִּיאַת & רַבִּיַת	*creuit* רְבָא	M.	3 Sing.
		רְבָת	F.	
		רְבֵיתָ , רְבַיְתָ	M.	2
		רְבֵית	F.	
		רְבֵית , רְבִית	C.	1
		רְבוֹ	M.	3 Plur.
		רְבָאָה	F.	
		רְבֵיתוּן	M.	2
		תֵּין	F.	
		רבֵינָא	C.	1

In ceteris augmentis finalibus conueniunt cum I Coniugatione.

Nec aliter Ithpeal & Ithpael, vt אִתְרַבִּי *magnificatus eſt.*

Typus Futuri.

APHEL	PAEL	PEAL		
אַרְבֵּי	Dan. א., fin.) אֲרַבֵּי	אֶרְבֵּי Dan. אֶרְבֵּא	1	Sing.
תַּ	תְּ	תִּרְבֵּי תִּרְבִּין F.	2	
	יְ	יִרְבֵּי תִּרְבֵּי F.	3	
	נְ	נִרְבֵּי	1	Plur.
	תְּ	תִּרְבוֹן תִּרְבְּיָן F.	2	
	יְ	יִרְבוֹן —— יִ F.	3	

Terminationes eædem, quæ in Peal. Nec aliter in Paſſiuis.

Typus Imperatiuorum.

APHEL	PAEL	PEAL		
אַרְבֵּי	רַבִּי	רְבִי , רְבֵי	M.	Sing.
		vide p. 44. רְבָא	F.	
		רְבוֹ	M.	Plur.
		רְבָנָא , רְבַן , רְבֶן , רְבֵן	F.	

Ceteræ terminationes conueniunt cum Peal,

Typus Infinitiuorum & Participiorum ſupra num. V, & VI ſatis perſpicue propoſitus fuit.

V. Verba Lamed He & Iod.

Lamed He in Targum fere nulla ſunt, aut oppido rara, ſi Subſtantiuum Verbum הֲוָה *fuit*, exceperis, quod ſemper per ה ſcribitur: In Daniele autem & Eſra ſunt huius modi Verba pæne multa, quod iſtorum dialectus tenacius Ebraiſmo inhæret, & vbi Targumiſtæ א in fine habent, hi plerumque ה ſubſtituunt. Nec tamen aliter tractantur aut inflectuntur, quam Targumiſtarum Lamed Aleph, quæ modo expoſuimus.

Verba Lamed Iod admodum pauca ſunt, & tractantur in Præterito Kal, vt Lamed Aleph in Præteris Pael & Aphel. Nec alio Tempore, quam ſolo Præterito Kal, a ל״א differunt: in ceteris conueniunt, immo eadem ſunt. Multa etiam ex iis vtramque formam tenent, & tam א in fine, quam י perferre poſſunt, ſicut חֲמָא & חֲמִי *vidit*, רְמָא & רְמִי *iecit*, inuenitur: vnde etiam in ceteris perſonis duplex formatio occurrit, vt רְמוֹ *iecerunt* Dan. VI. 16. & רְמִיו c. III. 21. Pariter חֲדוֹ *gauiſi ſunt* I. Paral. XXIX. 9. & חֲדִיאוּ Eſa. LXIV. 4.

Talia ergo Verba ſunt, חֲמִי ſiue חֲמִי *vidit*, חֲדִי *lætatus eſt* Gen. XVII. 17. שְׁתִי *bibit*, vnde eſt שְׁתִיאַת Fœm. *bibit* Num. XX. 11. אִשְׁתִּיו *biberunt*, cum א proſthetico, Dan. V. 3. 4. Sic כְּהִית *caligauit* Iob. XVII. 7. כַּהְיָא *caliganerunt* Fœm. Gen. XXVII. 1. בְּלִיאַת *veterauit* F. Deut. XXIX. 5. צְדִיאוּ *deſtructa ſunt* Ioel I. 17. &c.

VI. Dupliciter imperfecta.

Ad Verba ל״א pertinent etiam, quæ dupliciter imperfecta dicuntur, quia omnibus illis quieſcit vltima א, vel ה cognata.

Diſtinguuntur autem ſecundum anomaliam primæ litteræ, quæ vel נ eſt, vt in נְדָא *adſpergi*, vnde Aphel fit אַדִּי *adſperſit* Lev. VIII. 11. eiecto נ, Defectiuorum lege; & addita terminatione Quieſcentium:

Vel etiam א primam habent, vt אֲתָא *venit*, in cuius formatione vtramque anomaliam, Verborum ל״א & פ״א, ſimul obſeruant, vt מֵיתֵי *venire*, יֵיתֵי *veniet*, de quo plura diximus pag. 38.

Tan-

Tandem ſunt etiam, quorum vltima א eſt, & prima י, vt יְמָא *iurauit*, ex quo תֵּימֵי *iurabis* Deut. V. 11. אוֹמֵי *ad iuiurandum adegit* cap. XIII. 19. Sic אוֹדֵי *celebrauit*, אוֹנֵי *oppreſſit* Ezech. XVIII. 7. in quibus pariter vtraque anomalia, a fronte & in fine, ſeruata fuit.

Nouis ergo legibus non indigent *Imperfecta dupliciter*, ſed omnia peraguntur ſecundum antea latas, modo geminas ſimul in vna voce ſequaris.

CAPVT VIII
DE PARTICVLIS.

HActenus Nomen & Verbum expoſuimus: ſequuntur PARTICVLAE, quæ tertiam orationis in oriente partem conſtituunt, a nobis pro occidentalium more in Aduerbia, Præpoſitiones, Coniunctiones & Interiectiones, diuidendæ.

· Sunt autem quædam communes Chaldæis atque Ebræis, אוֹ *aut*, אִם *ſi* Num. XVI. 29. אַף *etiam*, בֵּין *inter*, כֵּן *ſic*, מִן *a*, *ex*, עַד *vſque*, עוֹד *adhuc* Gen. VIII. 10. עַל *ſuper*, עִם *cum*, כְּדֵי (& cum אֵי) *quando?* & ſi quæ aliæ. Non autem de his agere nobis conſtitutum eſt, ſed de propriis Chaldæorum, e quibus ſignificatione ſunt

I. ADVERBIA,

אֵי, אָן, הָאן *vbi?* אֱדַיִן & בֵּאדַיִן *tunc*, הָא, אֲרֵי & אֵלוּ *ecce*, הֵיךְ, הֵיכְמָא *ſicut*, *quaſi*, אֵיכְדֵין *quomodo?* יַתִּיר *magis*, כָּא *huc*, quod ל, מ & הָ adſumit, מִכָּא *hinc*, הָכָא *heic* Gen. XIX. 12. כְּעַן *nunc*, כְּדֵנָן *ſic*, *ita*, quaſi, ſecundum hoc. כְּוָת, כְּמָא & כְּמָת *ſicut*, כַּחֲדָא *pariter*, proprie, ſecundum vnum: כְּעַן *nunc*, *quæſo*, pro Ebr. נָא in Targum. vide Gen. XIX. 2. &c. לָא *non*, לְוַי *vtinam*, etiam cum ה præfixo; לַחֲדָא *valde*, pro Ebr. מְאֹד, quaſi, in vnum; לְחוֹד, & ſæpius cum ב præfixo, *tantùm*, מְנָן *vnde*, מְחַר *cras*, בְּרַם *certe*, *vtique*, תַּמָּה & in Targum תַּמָּן *ibi*, & quæ geminam ſeruilem præ-

præfixam habent, מִלְעֵיל *superne, desuper*, מִלְּרַע *infra*, quæ insequente ל Præpositiones fiunt.

* Expletiua Particula est הֵי, & plerumque separatim antecedit Præfixo כ similitudinis: etiam compositioni quorundam inseruit, vt הֵידֵין *tunc*.

II. PRAEPOSITIONES.

בְּגִין & בְּדִיל *propter*, בֵּינֵי *inter*, בָּתַר *post*, בַּר *extra*, *præter* amat ל & מ ante se: גּוֹ cum ל & מ præfixis *intra*, גַּב *ad*, *apud*, חֲלַף & חִלּוּף *pro*, *vice*, לְוָת *ad*, מִטּוּל sæpe cum prosthesi א, אֲמְטוּל *propter*, (sequente ד *propterea quod*) עִלָּוֵי & עֲלוֹי Hierosolymitane, *super*, עֵיל *supra* (sæpius cum præfixis ל & מ, & sequente מן) צֵית *iuxta*, *ad*, קֳבֵל *contra*, *e regione*, קֳדָם *ante coram*, תְּחוֹת *sub*, &c.

* בֵּי *in* separatim raro inueniri, & eius loco in accuratis libris ב seruile legi, supra p. 11. notatum fuit.

III. CONIVNCTIONES.

Fiunt etiam ex aduerbiis aut Præpositionibus, si alia accedit particula, vt בְּגִין כֵּן *ideoque* &c. Sed ordine simplices recensebimus. אוֹ vel או *aut*, אִין & אִי *siue*, אֶלָּא & אֶלְהֵן *sed*, *nisi*, אִין, אִלּוּ *si*, אִלּוּלֵי *nisi*, אַף & אוּף *etiam*, אֲרֵי & אֲרוּם *quia*, בְּרַם *sed*, [si aduerbiascit, *vtique*, *profecto*, pro אַךְ Ebræorum] בְּכֵן & בְּגִין כֵּן *idcirco*, דִּי *vt*, *quod*, כְּדִי *quum*, דִּלְמָא *ne forte*, כַּד, כֵּיוָן & בָּתַר דְּ *postquam*, כְּאִם *si forte* Gen. XVIII 24.

IV. INTERIECTIONES.

וַי *ve*, אוֹי *heu*, חָס *absit* (ex חוס parcere) בְּבָעוּ *quæso*, (proprie, cum petitione) Gen. XIX. 2. בְּמָטוּ idem.

* Suffixio Particularum est formatione eadem, quæ Nominum: sensu & significatione, eadem quæ Verborum. Patientes autem Præfixorum sunt pleraque Præpositiones, & nonnulla Aduerbia, vt כְּוָת, כְּמָת, כְּמֵי *sicut*, de quibus pag. 23 prædiximus.

CAPVT IX
DE MVTATIONE VOCALIVM.

INcertior res est de punctis vocalibus Chaldæorum, cum alia in Daniele & Esra appareant, plerumque alia in Targumin. His quoque mirabiliter variant, præsertim in Venetis Bibliis, etiam in Targum Pentateuchi, qui Ionathani tribuitur, & in nuper repertis libris Paralipomenωn. Quæ argumento sunt, paraphrasibus, quæ olim punctis vocalibus animatæ non erant, vt vel abundantes litteræ אוי, & crebra geminatio τῶν ו & י mobilium ostendunt; non doctissimos Iudæos aut Grammaticæ peritissimos puncta subiecisse. Richardus Simon, percelebris auctor *Disquisitionum Criticarum*, quæ superiore anno Londini excusæ sunt, cap. XIII, se incidisse ait in Pentateuchum charta maxima in pergameno prægrandioribus litteris descriptum, in quo punctatio Chaldaica a qualibet alia, tam in editis, quam manuscriptis codicibus adhuc deprehensa, mire discrepet: quippe analogiam librorum Esræ & Danielis longe melius, quam Buxtorfiana editio, repræsentet. Ex quo colligit, etiam ante Eliam fuisse Chaldæorum Grammaticæ peritos viros, miraturque Iudæos, qui diuersis Onkelosi editionibus præfuerunt, melioribus vsos non fuisse codicibus. Sed facile fidem auctori habemus, qui vero nihil beatiorem Chaldaismum effecit, quem ex vulgatis libris, non latentibus & ab hominum oculis & vsu amotis metiri debemus. Elias primus rem desperatam sanare, & turbatam punctationem in ordinem cogere ausus fuit, sed capta Roma ab Caroli V militibus, direptisque, quas parauerat, schedis, fructu laboris caruit. Buxtorfius tandem laboriosissimus perfecit, vt paraphrases, sine ordine & lege antea vocalibus dispunctas, nunc ordinatim & ad legem librorum Danielis & Esræ ex maiori parte reformatas habeamus, quem in plerisque Angli editores secuti sunt. Verum, vt fieri solet in tanto opere, multa reliquerunt posteritati emendanda. Nam etiam in correctis his libris non rarum est Patach pro Kamez, Kamez pro Scheua interdum poni, aut aliter puncta permutari, & אֵמְרִין pro אמרין,

אֲמָרִין, סַנְאָךְ pro סָנְאָךְ, חֲבַ pro חָב, פִּתְגָּמָא pro פִּתְגָּמָא, עֲבָרוּ
pro עֲבָרוּ, כַּיְתָא & בֵּיתָא, הֲוֵית & הֲוַיְתָ, עַיְנָךְ & עֵינָךְ pro-
miscue scribi. Quid? quod ipsa Danielis scriptura, quæ regulæ loco debet esse, non raro ab regula recessit, & בַּהּ pro בָּה, מִנַּהּ pro
מִנַּהּ, הֲוַת & הֲוָת, בָּרֵךְ pro בְּרֵךְ, מְשֵׁיזִב pro מְשֵׁיזֵב, תַּדִּק pro
תַּדֵּק, פְּרֵס Peïl pro פְּרִיס, & similia proposuit. In tanta varietate difficile est regulas exstruere, & ad perpetuam normam reuocare, quæ per se turbata & diffusa sunt. Nihilominus, quæ potiores sunt partes analogiæ de MVTATIONE VOCALIVM, paucis præceptis complectemur.

I. Incrementum quoduis mutat Patach & Zere finalia in Scheva. vt עָלְמַיָּא seculum, ex absoluto in Patach finito: פַּקְּדִין ex פַּקֵּד Sing.

* Excipe הוֹן, כֹּן, vt בְּמִסַּקְהוֹן in adscendere illos, cum adscenderent, Iud. XI. 16.

II. Incrementum Fœmineum, Plurale, & Suffixi, Cholem vel Kibbuz Futuri mutat in Scheva; Imperatiui non mutat. e. g. יִסְגְּדוּן adorabunt, יִפְרְקִנָּךְ redimet te, שְׁבֻקוּ sinite, פְּרוּקֵנִי redime me Psalm. XXII. 22.

III. Incrementum Emphaticum plerumque puncta in talem faciem conuertit, qualem Ebræi in incremento suo amant, e. c. קִבְרָא sepulcrum, יִצְרָא figmentum, סִפְרָא liber, שִׁקְרָא mendacium, נַפְשָׁא anima, כַּסְפָּא argentum, מְשִׁיחָא Messias, יַמָּא mare, נִסָּא vexillum &c.

* Excipe, quæ in Kamez Ebraice terminantur, pro quo in Chaldaico emphaseos incremento vt plurimum Scheva est. e. gr. ex יָד fit יְדָא manus, ex כּוֹכָב, כּוֹכְבָא stella. Si vero Scheva mutum siue syllaba composita præcessit, Kamez manet, vt פִּתְגָּמָא verbum, פּוּרְקָנָא redemtio. Dissyllaba vtrinque kamezata vtrumque Kamez in Scheva corripiunt, vt בִּסְרָא ex בָּשָׂר caro, מִטְרָא ex מָטָר pluuia.

IV. Mutatio longæ propter Regimen, aut propter antepenultimum locum, non est necessaria. e. g. עוֹבָדֵי אִידָךְ opera manuum

tuarum

tuarum Psalm. CXXXVIII. vlt. זָכוּתִי & זְכוּתִי *iustitia mea* Esa. L.8. Adde superius dicta de Regimine p. 7.

V. Ratio Schevaiin ab initio vocis est eadem, quæ apud Ebræos. e.c. בִּשְׁמָךְ *in nomine tuo*, וּשְׁמַע *& audiuit*, וּפֻם *& os*. מִידֵיהוֹן *e manibus ipsorum*.

VI. Eadem quoque est ratio gutturalium & ר in lingua vtraque, etiam productionis propter exclusum dagesch. e. g. אֱמַר *dic*, וַאֲמַר *& dixit*, תְּבַע *inquire*, נָטַר *custodiens* Gen. IV. 9. דַּבַּר *duc* Exod. XXXII. 34. (quanquam hoc rarius apud Ebræos, quam Chaldæos est) וּסְגַר *& clausit* Dan. VI. 22. יֵחוֹת *descendet*, יְבָרְכִנָּךְ *benedicet tibi*.

* In diuino nomine אֱלָהָא cum Præfixis construendo liberiores Chaldæi sunt, quam Ebræi. Scribunt enim non modo וֵאלָהָא *& Deus* Esræ VI. 12. & לֵאלָהָא *Deum* Dan. V. 23. Ebræorum lege: verum etiam לֶאֱלָהּ שְׁמַיָּא *Deum cœli* Esr. V. 12. (add. Dan. II. 19.) & קִרְיָא דֶאֱלָהֵנָא *ciuitas Dei nostri* Psalm. XLVIII. 2. add. Esa. LV. 7. Eadem libertas est in æmula voce אֱדַיִן *tunc*. Dicitur enim וֶאֱדַיִן *& tunc* Esr. V. 5. & בֵּאדַיִן [in] *tunc* Dan. III. 3 & aliis plurimis locis.

VII. Chatephatam ponunt interdum sub non gutturali, e. g. קֳדָם *coram, ante*, pro quo etiam קֳדָם inuenitur, abiecto Chateph: sic קֳבֵל & קֳבֵל *contra* scribitur. קְרִי *lectum* Esr. IV. 18. סֲגַר *clausit* Dan. VI. 22.

VIII. Tertia persona Fœminina Præteriti propter gutturales aut ר puncta variat. Vide exempla pag. 29. num. 4. Etiam prima Singularis Præteriti in huiusmodi variatione est. Norma enim est שִׁמְעֵת *audiui* Dan. V. 14. קִרְבֵת *accessi* VII. 16. a qua recedunt אַמְרֵת *dixi* IV. 5. propter gutturalem (vt עָרַקְתְּ *fugi* Gen. XVI. 8.) & alia forma אֲמָרִית Psal. LXXVII. 11. itidem *dixi:* יַהֲבִית *dedi* Exod. XXXII. 7. in Ionathane, גְּזָרִית *decreui* II. Paral. VII. 18. Iod enim, nota τῆς Zere, crebro per Chirek lectum fuit. Etiam in non gutturalibus interdum talis anomalia occurrit, vt נְסִיבִית & נְסִבֵית *accepi* Gen. XL. 11. per Zere vel Chirek.

IX.

IX. Futura quoque & Imperatiui I Coniugationis pro Cholem vel Kibbuz in Patach finiuntur, non solum illa, quorum vltima gutturalis aut ר est, sed alia quoque propter significationem Neutram, quædam etiam sine vlla ratione. e. g. אֶדְבַּח *sacrificabo*, יִסְבַּר *cogitabit* Dan. VII. 25. תִּקְרַב *accedes* Exod. III. 5. אֱמַר *dic*, טַר *custodi* Deut. V. 3. בְּחַן *proba* Psalm. XXVI. 1. Adde pag. 30. num. 6.

X. Sic etiam pro Zere Participii & Coniugationis Paël propter easdem caussas Patach est, vt נָטַר *custodiens* Onk. Gen. IV. 9. שַׁדַּר *misit*, פַּטַּר *dimisit*.

XI. Particula יָת, Accusatiui signum, cum Suffixis non grauibus adsumit Kamez, vt יָתִי *me*, יָתָךְ *te*, יָתֵיהּ *illum*, יָתַהּ *illam*. Grauia autem כוֹן & הוֹן Patach non immutant, vt יַתְכוֹן *vos* Exod. III. 16. יַתְהוֹן *illos* Gen. V. 2. יַתְהֵן *illas* XIX. 8.

XII. Nec in solis Vocalibus punctis hæc variatio est, sed etiam multi libri Iod Suffixum plurale, item ו & י mobilia duplicant, & etiam ו quiescentem movent, Nominibus in ־ָי, ־ָן & similibus Kamez inserunt, quod in aliis, Buxtorfianis præsertim, maiorem partem correctum fuit. Exempla pauca sufficiant. אוּדְנָיי *aures meæ* II. Paral. VII. 15. זַכָּאי *iustus*, בְּנָאן *filiæ* (de quibus, vt & de ו & י duplicatis, p. 1. 2. 15. diximus) זָכְוָתִי Gen. XXX. 33. Esa. XLVI. 13. pro זָכוּתִי *iustitia mea:* בֵּינֵי טְוָרַיָּא *inter montes* (pro טוּרַיָּא) Ionath. Exod. XXXII. 12. Hæ quidem litteræ per se vocales non sunt, circa illas tamen occupantur, aut pro illis substitutæ sunt, vt non alienum visum fuerit, de iis aliquid commemorare.

XIII. Mutatio Vocalium propter Accentus vel eadem est, quæ Ebræis, in Daniele, Esra & Onkeloso, vt אֲנָא *ego*, קֳדָמַי *coram me*, in pausa: vel nulla, vt in ceteris paraphrasibus, quæ accentuum notis destitutæ sunt, nisi quod ex consuetudine Ebraica interdum in fine longa pro breui etiam posita inuenitur.

CAPVT X
DE SYNTAXI CHALDAEORVM.

PLurima cum Ebræis communia habent Chaldæi, quæ prætermittimus: pauca propria, quæ sola in præsenti constituimus attingere. Nempe

I. Status Constructus sæpe pro Absoluto ponitur. v. g. Gen. I. 10. *congregationem aquarum* קְרָא יַמֵּי *appellauit maria*: cap. II. 7. נִשְׁמְתָא דְחַיִּין *spiraculum vitæ*: Exod. XII. 38. עָנָא וְתוֹרֵי *oues & boues*. Inprimis hoc vsitatum est in gentilibus, vt מִצְרָאֵי *Aegyptii*, כַּסְדָּאֵי *Chaldæi*. In Esra & Daniele Syrorum more י & א huius formæ Nominum transponuntur, vt יְהוּדָיֵא *Iudæi*: etiam in aliis, quæ gentilia non sunt, vt קַדְמָיֵא *priores* Dan. VII. 24. quod in Targum scribitur קַדְמָאֵי Exod. XXXIV. 1.

II. Enallage Generis, qua Fœmininis adduntur Masculina Adiectiua, Verba, Suffixa, in Targum non infrequens est. e. c. נְשִׁין סַגִּיאָן *mulieres* [multi *multæ* Ebr. רַבּוֹת) Iud. VIII. 30. חַכִּמוּ *cognouerunt*, de filiabus Lothi, Gen. XIX. 8. in Targum Hierosolymitano; & שַׁמִּישׁוּ ibidem in Ionathane, פַּרְקִינִין *liberauit eos*, filias Iethro intellige, Exod. II. 17. Adde II. Sam. I. 24. Ps. CXLVII. 14.

* Rarius contingit, vt Masculino Nomini addantur sequioris sexus adiectiua aut Verba, nisi Participiorum, præsertim ex Verbis ל״ה, huc referre terminationem velis, quæ satis frequens in ן & ן formatur, vt pag. 9. & 45. memorauimus. Præter hæc exemplum damus ex Targum Hierosolymitano Gen. III. 15. יְהֶוְיָן בְּנַיָּא *erunt filii*, Verbo muliebris formæ cum Masculino Nomine, composito.

III. ד Genitiui nota, quæ Regiminis descriptioni sine Constructo Statu inseruit, interdum abest, atque Emphaticus Status videtur pro Constructo poni. v. g. יִצְרָא מַחְשְׁבָת *figmentum cogitationum* cordis Genes. VI. 5. טוֹפָנָא מַיָּא *diluuium aquæ* vers. 17. בְּרִיךְ שְׁמֵיהּ דַיְיָ *benedictum nomen Domini* Cant. I. 2. אֱלָהָא יִשְׂרָ׳ *Deus Israelis* I. Sam. I. 17.

IV.

IV. Chaldæi æque, ac Syri, amant pleonaſmum Pronominis in Genitiui deſcriptione priori ſiue regenti Subſtantiuo adhærentis. v.g. עַבְדוֹהִי דִי אֱלָהּ *ſerui* [eius] *Dei* Eſr. V. 11. Præcipue id poſteriores paraphraſtæ frequentant, אֲחוּהִי דְדָוִיד *frater* [eius] *Dauidis* I. Paral. XX. 7. צִדְקַתְהוֹן דִתְמִימֵי *iuſtitia* [illorum] *perfectorum* Prov. XI. 6. טוּבוֹי דְאָשֵׁר *beatitudo* [eius] *Aſeri*, id eſt, beatus Aſer, Gen. XLIX. 20. in Hieroſymitano: ſic טוּבוֹי דְמַן דְּ *beatus qui*, ſuperflue deſcriptum Pſalm. XXXII. 1.

V. Reciproca Pronomina per נַפְשָׁא *anima*, aut גַּרְמָא deſcribi, ante hæc diximus p. 28. Nunc addimus ſimilem modum per מֵימְרָא *verbum.* e.g. *rex Salomo* אֲמַר בְּמֵימְרֵיהּ *dixit in verbo ſuo*, id eſt, apud ſeipſum, ſiue cogitauit Eccleſ. I. 2. עֵינָךְ בְּמֵימְרִי *oculi tui in me ipſum* (Ebr. בִּי) Iob. VII. 8. *gladium ſuum poſuit* בֵּין מֵימְרֵיהּ *inter ſeipſum* & Michal, Ruth III. 8. Non autem negatum imus, מֵימְרָא דַיְיָ quod locis innumerabilibus Targumiſtæ habent, aliquid altius, nempe Λόγον ſiue Dei Filium ſignificare potuiſſe, licet non certiſſimum ſit, paraphraſtis, quos hodie habemus, id myſterii curæ fuiſſe, cum hoc nominis Ionathan etiam a Meſſia diſtinguat Eſa. XLII. 1. & de Spiritu S. vſurpet cap. XLVIII. 16. Vide ſis Cl. Hackſpani ad Lipmannum Notas p. 366.

VI. Pronomina coaleſcunt eleganter cum Participiis. v. gr. יָדַעְנָא *ſciens ego*, id eſt, ſcio, Gen. IV. 9. דָּכַרְנָא *recordor* IX. 15. גְּנִיבְנָא *furto ablatus ſum* XI. 15. סְבַרְתָּן *ſperamus*, ex forma Pronominis Syriaca, Pſalm. XXXIII. vlt. יָדְעִיתוּן *ſcientes vos*, i. e. *ſcitis*, Exod. XXIII. 9.

VII. Participium cum Verbo הֲוָה *fuit*, facit elegantes Verborum deſcriptiones, v. g. חָזֵה הֲוֵית *videns fui*, i. e. *vidi* Dan. VII. 7. 9. 13. אָתֵי הֲוָא *veniens fuit*, i. e. *venit*, ibid. v. 13. הֲוֵינָא אָכְלִין *fuimus comedentes*, i. e. *comedimus* Num. XI. 5. Etiam cum Infinitiuo valet, vt תּוּר דְמֶהֱוֵי מָחֵית *iterauit eſſe demittens*, id eſt, *iterauit demittere*, in Targum Hieroſol. Gen. XIX. 25.

VIII. Pleonaſmus Particularum frequens & elegans eſt, e. g. מִן קֳדָם *a ſiue coram*. מִתְּחוֹת שְׁמַיָּא [a] *ſub cœlo* Gen. VI. 17. מֵעִמָּךְ *a* [cum] *te* Deut. XV. 16. מִן בָּתַר כְּדַן *poſthac* I. Paralip. XX. 4. Sic ל & מ ſæpe ſimul præfiguntur, v. g. מִלְוָתֵיהּ *a ſe* Gen. VIII. 8.

*Va-

* Valet etiam in Particulis non ſeparabilibus, ſiue præfixis. e.c. כִּדְאָמְרִין *ſicut dicunt*, מִדְּבֵית— *de familia*.

IX. Quædam Particulæ poſt ſe Præpoſitiones ſiue Præfixa requi-runt. v.g. בַּר ſequente מִן eſt *præter*, vt בַּר מִנִּי *præter me* Ecclеſ. II. 25. ſequente ל, *extra*, vt מִבָּרָא לְקַרְתָּא *extra vrbem* Gen. XIX. 16. Sunt etiam Particulæ, quæ ſemper cum aliis Particulis con-iungi poſtulant, vt הָדֵי expletiua, פֵּן *vtique*.

X. Reliqua Syntaxis ex Ebraiſmo repetatur, v.g. Comparationis per מ vel מִן deſcribendæ, vt תַּקִּיף הוּא מִנְּנָא *fortior eſt vobis* Num. XIII. 32. Verborum adfectus ſignificantium, quæ interuentu Particularum conſtruantur: vt & Infinitiuorum tam abſolutorum cum בכלם, quam cum Verbo ſuo emphatice conſtructorum: etiam Particulæ יָת— cum Paſſiuis Nominatiuum regentis, ſicut אֶת— Ebræorum, e.g. אִתְחַוָּא יָת פִּתְגָּמֵי עֵשָׂו *indicata ſunt verba Eſaui* Rebeccæ, cum enallage Numeri, Gen. XXVII. 42. quo ſingularis illa phraſis & conſtructio referri debet, qua שְׁמִיעַ *auditum* cum יָת conſtruitur, e.c. Num. XIV. 27. יָת תּוּרְעֲמַת בְּנֵי יִשְׂרָ' שְׁמִיעַ קֳדָמַי *murmuratio filiorum Iſrael audita eſt coram me*, nulla habita Generis ratione, ſicut etiam Exod. III. 7. VI. 5. שְׁמִיעַ יָת cum Fœminino Nomine componitur.

CAPVT XI
DE DIALECTIS LINGVAE CHALDAICAE.

CHaldææ linguæ dialectus multiplex eſt, Syra, Babylonia, Hieroſolymitana, Talmudica, & præterea ſacris ac θεοπνεύστοις ſcriptoribus Danieli atque Eſræ ſui ſunt idiotiſmi, vt ſi cum ceteris conferantur, nouam dialectum & hi conſtituere videantur. Quod in cauſſa eſt, vt diuina horum ſcriptura, pro Vocalium norma plurimis recepta, totius linguæ menſuram non poſſit ſuſtinere, præſertim, quod perpauca ſunt, quæ Chaldaico ſtilo elaborata diuini hi viri reliquerunt.

II. Syriacam linguam vel dialectum seiungimus quasi separatam linguam, vt vulgo censetur, etsi haud inuiti concedamus, Syriacam atque Chaldæam nostram linguam eandem esse, quod cum primis Ludouicus de Dieu, vir clarissimus, & Syriacæ linguæ mirifice peritus, monstrauit, cuius verba ex præfatione Harmonicæ Grammaticæ adferre non alienum erit a proposito nostro. *Chaldæam, inquit, linguam a Syriaca distinguo, quia sic ab aliis fieri solet, & non raro phrasi & flexione ab ea differt. Alioqui eandem esse linguam fateor, Chaldaicam & Syriacam, quomodo & Danielis II. 4, Chaldæi dicuntur Regem* אֲרָמִית, *id est* Syre, *allocuti. Nec differret illa quidquam ab hac, nisi Iudæi, inter quos Daniel & Esras, in Babyloniam traducti, de sua lingua Chaldaicæ admiscuissent. Inde dialectus linguæ Syriacæ nata est, quam Chaldaicam dicimus, quia in Chaldæa nata, & inde reducibus Iudæis in Palæstinam transuecta.* Quid? quod extra dubitationem positum est, Chaldæos huiusmodi vocalium minutias, quibus hodie Chaldaica scripta animantur, per se non habuisse, cum neque Syri neque Arabes, Ebræis locorum situ viciniores quam Chaldæi, habeant: sed vnice illas deberi Iudæis chaldaizantibus. Adde Io. Morini Opusc. Samarit. pag. 9.

III. Sed missa Syriaca, quam pro sæculi more seorsum explicamus; in ipsa Chaldaica propria diuersas dialectos inesse deprehendimus. A vulgatis paraphrasibus haud raro discedere Danielis & Esræ stilum modo prædiximus, & breui post interuallo pluribus argumentis demonstrabimus. Ipsæ vero paraphrases quantum ætate distant? quantum etiam sermonis puritate? nec facile esse puto, qui vel a limine Chaldaismum salutauit, quin discrepare maxime animaduertat, & cum tempore, tum patria, tum auctorum ingenio nimium quantum differre, quas possidemus Chaldæi sermonis paraphrases. Quæ in Legem est Onkelosi, & in Prophetas Ionathanis Vzielidis, omnium purissimæ sunt, & Chaldaismi, ab Ebraismo longius distanti, quasi regula: ceteras vt ætate, ita nitore sermonis inferiores censemus. Cum ergo ex auctorum ætate atque ingenio pendeat, quæ deprehenditur differentia, operæ precium erit, paraphrastarum ætatem variamque conditionem accuratius dispicere.

IV. Ionathanem, prophetarum interpretem, antiquissimum paraphrastarum esse, magno consensu eruditorum probatur. Mira

de eo tradunt Iudæi, quod האריך ימים מאד *valde produxerit vitam*, quippe tradit Gedalia in Schalſcheleth p. 27. B. quod iuuenis prophetas Haggai, Zachariam & Malachiam audiuerit, nec minus diſcipulus fuerit Hillelis ſenioris, quem cum filiis & nepotibus floruiſſe בפני הבית מאה שנה *centum annis ante exciſum templum*, R. Ganz in Zemach Dauid p. 35. ex Talmude probauit, vt ita paraphraſis eius in prophetas, non potuerit Chriſti prædicationem non anteceſſiſſe. Onkeloſum, qui Legem tranſtulit, haud multo minorem ſtatuunt Iudæi adeo, vt יהונתן זה ראה אונקלס הגר *Ionathan*, de quo diximus, *viderit* extrema ſenectute *Onkeloſum proſelytum*. Hunc pari modo grandæuum nimis faciunt. אונקלס הגר תרגם את התורה בימי ר׳ עקיבה והיה האריך ימים הרבה כי בעל מאור עינים מביא ראיה מן הזוהר שאונקלס נתגייר בימי הלל ושמאי ושאונקלס ראה את יונתן בן עוזיאל שתרגם את הנביאים׳ *Onkelos proſelytus*, inquit p. 40. B. idem R. Ganz, *interpretatus eſt legem temporibus R. Akibæ, & longæuus admodum fuit, quia auctor libri Meor Enaim probat ex libro Zohar, quod Onkelos proſelytus factus fuerit in diebus Hillel & Schammai, viderit que Ionathanem, qui prophetas tranſtulit.* Hillelem autem paullo ante natam mundi ſalutem floruiſſe omnium confeſſione certiſſimum eſt, vt ita Onkeloſi paraphraſis infra Apoſtolorum tempora non debeat reiici.

V. Huic Iudæorum ſententiæ magno ſe conatu opponit *Io. Morinus* lib. II. Exercit. VIII, & tum Ionathanem, tum Onkeloſum Hieronymo poſteriorem ſtatuit, quia a diligentiſſimis viris Origene & Hieronymo nunquam memoratæ, ac proinde nec viſæ ſint, Chaldaicæ paraphraſes, quod etiam alios dubitabundos reddidit, quibus reſpondere conati ſunt Heluicus & Schickardus, vt ex Bechinat Happeruſchim p. 21. cognoſcimus. Reliqua quæ Morinus, etiam Gul. Henr. Vorſtius in Zemach Dauid p. 281. contra antiquitatem horum interpretum de Talmudicis illorum fabulis adferunt, leuiora ſunt, nec certum ætatis inde arguitur, cum, ſi quæ ſunt fabuloſa, vt de *Armillo* Meſſiæ hoſte Eſa. XI. 4. (niſi vox illa interpolatoris eſt) negari tamen non poſſit, iam tum Phariſæorum ſæculum huiusmodi nugis abundaſſe ita, vt Apoſtolus etiam fabularum ſtudium in conuerſis ex Iudaiſmo Chriſtianis non ſemel notauerit I. Tim. I. 4. IV. 7.

VI. Ceteri vero paraphraſtæ ſunt omnes ſequioris ætatis, etiam incertæ. Schalſcheleth p. 28. B. תרגום כתובים לא נמצא מי חברו *non inueniтur*,

venitur, quis composuerit paraphrasin Hagiographorum: mox quidem subiicitur בימי הרבנים התנאים *tempore magistrorum Tanaim*, hoc est ante Talmud, *scriptam esse:* stilus autem & multitudo fabularum probat, non paruo interuallo ab Onkeloso & Ionathane auctorem eius (si modo vnus fuit, quod dubitant etiam Iudæi, nec plures eius conditores) afuisse. In partibus nonnullis, Talmudici operis eiusque diuisionis fit mentio, quod argumento est, post confectum Talmudis corpus paraphrasin eiusmodi compositam esse. In primis illud Targum Pentateuchi, quod antiquum Ionathanis nomen præfert, omnium postremum iudicari debet tam stili ratione, quam fabularum multitudine, & rerum nominumque non antiquissimorum commemoratione, vt sunt שִׁית סִדְרֵי מַתְנִיתָא *sex tomi Talmudis* Exod. XXVI. 9. קוּשְׁטַנְטִינִי קַרְתָּא חַיָּבְתָּא *Constantini ciuitas peccatrix*, id est Constantinopolis, Num. XXIV. 19. 24. לַמְבַּרְנִיָא ibidem v. 24. quam Buxtorfius *Lombardiam* in Lexico interpretatur: vt non iniuria PSEVDOIONATHAN vocari possit, quamquam vulgari nomine ab aliis plurimis, & etiam a nobis, passim appelletur IONATHAN, hoc est, qui se Ionathanem mentitus fuit. Non multo antiquius est Targum, quod *Hierosolymitanum* appellatur, vt ex Gen. X. 2. 3. colligitur, vbi in Iapheti posteris numerantur פְּרִקִי, item פְּרַכְוַי, quos Latinus in opere Anglicano interpres regionum nominibus *Thraciam* & *Phrygiam* exponit: Morinus autem lib. II. Exercit. VIII. cap. VI illos *Turcos*, hos *Francos*, non antiquissima nomina, legit, vt taceamus de בַּרְבְּרִיָא *Barbaria* Africæ regione ibidem recensita. Mutilum autem hoc Targum est eiusque auctor, quisquis fuit, selegisse quosdam versus, & sæpe non integros, quos explicaret; nunquam constituisse integram Legem interpretari, videtur.

VII. Sic luculenter apparet, vt ætate Chaldæi scriptores differunt, ita nec eandem omnium dialectum esse. Syriacam supra seposuimus: seponimus etiam Talmudicam, de qua in Rabbinismo egimus. Remanent tres Chaldæis propriæ, simplicior sine Ebraismo aut Syrismo aliaque peregrinitate, quæ in Onkelosi & Ionathanis veteris, prophetarum interpretis, paraphrasibus conspicitur: deinde sacra & ebraizans Danielis atque Esræ: impurior denique & peregrinis vocabulis referta, nonnunquam etiam syrizans, qua scriptæ

 sunt

ſunt Hagiographorum interpretationes, etiam Targum Hieroſolymitanum & Pſeudoionathanis, & quod nuper repertum eſt librorum Paralipomenωn. De primo genere præceptis & exemplis adhuc actum eſt præcipue, de quibus id notamus, vbi Moſaici libri abſolute nominati ſunt, Onkeloſi verſionem intelligi, quæ ceteris merito anteferenda eſt: de ſecundo & tertio genere diſtincte nunc agemus.

Dialectus Danielis & Eſræ.

Diuini hi ſcriptores a ceteris paraphraſtis potiſſimum Ebraiſmis differunt & nonnullis aliis idiotiſmis. Nam

I. א terminale fœminini Generis Nominum, Pronominum, Status emphatici, & Verborum ex Ebraiſmi imitatione in ה ſæpiſſime conuertunt. e.g. בִּינָה *intelligentia*, חֲדָה *vna*, דְּנָה *hæc*, שׁוּרַיָּה *muri*, אֲתָה *venit*, בְּעָה *quæſiuit*, חָזֵה *videns*, עָנֵה *reſpondens*, הַיְתָיָה *adducere*.

II. Mutant א formatiuum Ithpeal, Ithpael & Aphel in ה, quod in Futuro & Participio Aphel manet, litteris אתין & מ per Scheva præmiſſis. v.g. הִשְׁתְּכַח *inuentum eſt* Eſr. VI. 2. הִתְחָרַךְ *combuſtus eſt* Dan. III. 27. הַנְפֵּק *eduxit* V. 2. (quod falſus Ionathan interdum imitatur, vt Gen. I. 12 הַנְפָּקַת אַרְעָא *produxit terra*; & Exod. XXXII. 4. דְּהַנְפְּקוּךְ *qui eduxerunt te*) יְהַחֲוֵה *indicabit* Dan. V. 12. תְּהַנְזִק *damnum adferes* [vrbs] Eſr. IV. 13. מְהוֹדְעִין *notificantes* commate 16. מְהַקְרְבִין *offerentes* VI. 10.

* Rariſſimum id paraphraſtis eſſe, aut pure Ebræis, prædiximus & paraphraſtarum aliquot exemplis probauimus pag. 31. num. 10. Exempla puriori Ebraiſmo immiſta ſunt Pſ. XXVIII. 7. אֲהוֹדֶנּוּ *celebrabo eum*: XLV. vlt. יְהוֹדוּךָ *laudabunt te*.

III. Flectunt participium PEÏL. ſicut Præteritum Perfectum, vt יְהִיבַת *data eſt* Dan. V. 28. תְּקִילְתָּה *appenſus es* v. 27. יְהִיבוּ *data ſunt* Eſræ V. 14. פְּתִיחוּ *aperti ſunt* Dan. VII. 10. מְרִיטוּ *amiſſi ſunt* ibid. v. 4. & euphonice mutata vocali שָׂמַת *poſita eſt* Dan. VI. 17.

IV. Infinitiuum ab הֲוָה *fuit* ſemper defectiue ſine מ formant, לֶהֱוֵא *eſſe*, vt dictum eſt pag. 44. Etiam א vel ה Verbo-

cum

rum quiescentium vltima in Futuro & Infinitiuo & Participiis plerumque retinent, quod pariter exemplis illustratum est p. 43. 44.

V. Addunt Coniugationem HOPHAL, Passiuam τῆς Aphel, ex Ebraismo quidem, sed cum terminatione Chaldaica, e. c. הֳקִימַת *constituta est* Dan. VII. 4. הָתְקְנַת *confirmatus sum* c. IV. 33. הֵיתָיוּ *adducti sunt* c. III. 13. הוּבַד *perditum est* VII. 11. מְהַחְרְבַת *vastata est* Esr. IV. 15. הוֹדַעְנָא *notum fecimus* ibidem v. 14. הֻעַל *introductus est* Dan. V. 13.

VI. Mutat Esra interdum ן Suffixorum הוֹן & כוֹן in ם, quod posteriores paraphrastæ, sed itidem raro, imitantur. e. g. לְהֹם *illis*, לְכֹם *vobis*, vtrumque Esr. V. 3. בִּידְהֹם *per manum eorum* ibid. v. 8. בְּהוֹם *in illis* Targum Ionath. Gen. XIX. 3. לְהוֹם *illis* Iob. XLII. 9. 15.

VII Raro quidem, sed semel tamen & iterum vsurpant terminationem Pluralis Numeri Ebraicam ים, vt מַלְכִים *reges* Esr. IV. 13. אֲנָשִׁים *homines* Dan. IV. 14. quod in Targumim non facile obseruatur, nisi in diuino nomine אֱלֹהִים, quod ex Ebraismo sæpe integrum retinetur, præsertim cum tetragrammatum יְיָ antecessit proxime. In Targum Hierosolymitano editionis Buxt. invenitur etiam חַיִּים *vita* Gen. III. 24. quo loco Angli ediderunt חַיַּיָא emphatice.

Dialectus posteriorum Paraphrastarum.

POsteriores Targumistæ, quos vocamus omnes præter Onkelosum & verum veteremque Ionathanem, non tantum fabulis sæpenumero indulgent, verum stilo etiam a vetustioribus discedunt, peregrina vocabula pæne multa adferentes, nec raro flexione declinantes ad Syrismum. Sed quod diuersos auctores hæ paraphrases habent, stilo etiam inæquales sunt, & magis minusue ad puriorem Chaldaismum accedunt. Omnes tamen paraphrases, aut pleræque, quæ posterioris ætatis sunt, lingua siue stilo *Hierosolymitano* consignatæ dicuntur, sicut priores ceteræ & antiquiores, lingua *Babylonica*. Nunc exemplis in classes distributis rem explanatam dabimus.

 I. Quasi

I. Quasi crasso ore locuti, ו & ו pro suauioribus Vocalibus non raro substituerunt. Scripserunt enim קוּרְיָא pro קִרְיָא *vrbs*, נוּכְרַאי pro נָכְרַי *peregrinus*, מוֹי pro מַיָּא *aqua*, אוֹקִים pro אֲקִים *statuit* Psalm. LXXVIII. 13. מוֹרִים pro מְרִים *exaltans* Prov. XVII. 19. אוּף vel אוֹף pro אַף *etiam* Psal. XLVIII. 6. I. Paralip. XI. 2. & passim alibi.

II. Amant Aphæresin in certis vocibus, vt נָשׁ, נַשׁ & נָשָׁא pro אֱנָשׁ *homo*: חוֹרָן *alius*, in quibus Syri etiam suum Olaph occultant.

III. Commiscent interdum Emphaticum & Absolutum Statum Fœminini Pluralis, vt תּוֹרָתָן טָבָתָן *vaccæ bonæ* Gen. XLII. 15. in Targ. Ionathanis, ex qua voce Constructus Status ibidem v. 3. 4. ex Masculina & Fœminina forma mistus, תּוֹרָתֵי *vaccæ*, inuenitur.

IV. Syrizant præterea non paucis locis aut formationibus dum.

1. וֹי pro וֹהִי Suffixo passim scribunt. Nam Syri etiam ܘܗܝ in ܘܗܝ occultant. e. c. אַפּוֹי *facies eius*, בְּנוֹי *filii eius*. Sic in אֲחוֹי *frater eius*, v. g. Targ. Hierosol. Gen. IV. 8. Schurek epentheticum (vide p. 19.) sine ה ponitur: in Plurali autem est אֲחוֹי *fratres eius*.
2. ן *nos*, *noster*, quod est Syrum ܢ, pro נָא Chaldaico ponunt, v. g. מִנַּן *ex nobis* Ionath. Genes. XVI. 5. לַן *nos* Psalm. XX. 10. צְלוֹתַן *precationem nostram*, ibidem.
   His similia videntur Participia Pluralia, quibus per Crasin Syris vsitatissimam Pronomen ܚܢܢ *nos* coalescit. vide Portam nostram cap. V. num. 4. Exempla Syrochaldaica sunt יָהֲבִינַן *dantes nos*, *damus* Ionath. Deut. XXVI. 14. מִשְׁתַּמְעִינַן *audientes nos* ibidem: סַבְרִינַן *speramus* Psalm. XXXIII. vlt.
3. Syriaca Pronomina eaque separata vsurpant, vt הוּ pro הוּא *ille* Prov. XXV. 20. הָלֵין *illi* Prov. XXIII. 30. XXIV. 23. quæ sunt ipsa Syrorum ܗܘ, ܗܠܝܢ, *ille*, *illi*. Sic מַנוּ *quis* Prov. XX. 6. XXVII. 4. sicut Syri ܡܢܘ dicunt, pro מַן הוּ vel מַן הוּא.

4 Primam Pluralem Præteriti formant etiam in נָן, vt Syri in ܢܢ, e.g. ܐܙܠܢܢ *iuimus* Luc. IX. 13. Sic inuenio in Targum Hierosolymitano Deut. XXVI. 14. ab Anglis editum עֲבַדְנָן, quod latine verterunt *fecimus*: Buxtorfius in Bibliis scriptum עֲבַדְנָן, & in Grammat. p. 285 exposuit *fecit nos*. Malo Anglis accedere, quod contextus primam personam (sicut in Ebræo עָשִׂיתִי *feci* est) requirit; tertiam respuit. Eodem cap. & commate in Targum Ionathanis reperitur etiam שְׁמַעְנָן *audiuimus*, quod est ipsum Syrorum ܫܡܥܢܢ, vti plene scriptum exstat Psalm. XLIV. 1.

5. נ quoque nonnunquam formationi III Personæ Futuri adsumunt. e.g. נֵיתֵי *veniet* Prov. VI. 15. נִזְכֵּה *innocens erit* v. 29. נֵאבַד *peribit* X. 28. נִחְצַד *metet* XXII. 8. נִגְמוֹר *consummabitur* ibidem: נְקַן *æmulabitur* XXIII. 17. a קַנַּן geminato Verbo.

6. מ, vt Syri, Infinitiuo Paël & Aphel præfigunt, vt מְסַבְּרָא *sperare* Psalm. XL. 1. מְכַנָּשָׁא *congregare* Ionath. Deut. XXXII. 23. מַיְתָיָא *adducere* Targ. Hierof. ibidem. מַבְאָשָׁא *malefacere* Iob. XX. 27.

7. א Participiis Geminatorum imponunt, & radicale Imperatiui ab אֲתָא *venit*, interdum abiiciunt. e.c. חָאֵיק *fodiens*, *sculpens* Iob. XXIV. 16. כָּאֵים *madefaciens* Psalm. LVIII. 9. (quanquam & antiquiores, sed perraro, hac forma vtuntur, vt Iud. III 20. עָאֵל *ingrediens*) תָּא *veni* Prov. VII. 18. תּוֹ *venite* IX. 5. quæ Syriaca ܬܐ *veni*, & ܬܘ *venite* sunt.

8. Voces quoque nouas ex Syria petunt, e. g. שְׁוַח *oriri* Prov. XXVII. 25. שְׁהִיר *vigilans* Esth. VI. 1. quæ ignota Rabbinis: Christianis autem ex Syro Testamento facillima sunt ad explicandum, in quo Matth. XIII. 5. per ܫܘܚ ἐξανέτειλε; & cap. XXVI. 38. per ܫܗܪܘ γρηγορεῖτε expressum est. Sic quoque Aduerbia Quantitatis in ܐܝܬ finita interdum æmulantur, quemadmodum מְסַרְהֲבָאִית *festinanter* Prov. XXV. 8. est ipsum Syriacum ܡܣܪܗܒܐܝܬ, quod v. g. Exod. XII. 11. legitur.

Præcipue Particulæ ܡܛܠ , מְטוּל, atque Chaldaica prosthesi אֲמְטוּל, *propter*, non antiquis, sed posterioribus paraphrastis bene tritæ & vsitatæ huc pertinent, quæ etiam ת ante Suffixa interdum recipiunt, vt אֲמְטוּלְתָךְ *propter te* I. Paral. XII. 18. מְטוּלְתָנָא *propter nos* Psalm. CXV. 1. vid. Porta Syr. cap. IV. num. 25.

V. Rabbinizant aliquando etiam, & Talmudismos paraphrasibus immiscent, vt de Infinitiuo Talmudico diximus p. 30. num 8. Addimus exempla alia: אוֹדוֹיֵי *confiteri*, *laudare* I. Paral. XVI. 35. 41. Ionath. Gen. XXIX. 35. אַפּוֹשֵׁי *multiplicare* Iob. XXXV. 15. בְּצַלּוֹאֵיהוֹן *in orare illos*, id est, cum precantur, Psalm. XXII. 25. vt Buxt. Gram. p. 301. allegauit: in Bibliis autem, sicut etiam Angli, ו eiecit, & Scheva sub ל substituit. Sed prior scriptura præferenda, cui analoga est עֲנוֹאֵיהוֹן *affligere illos* Onk. Exod. I. 11. Nam antiquos etiam hac forma non nunquam vti, sed insolenter, non negauimus. Magis proprie autem ad Talmudismum accedit apocope, in שִׁיב pro שְׁבַע *septem* Ionath. Gen. XXIX. 27. 30. ⁊c in Talmud: קָאֵי vel קָאֵי pro קָאֵים *stans* Ionath. Gen. XXIV. 12. Num. X. 35. Prov. XXIV. 16. & syncopa in קוֹם pro קֳדָם *ante*, בּוֹן *in nobis*, לוֹן *ad illos*, ה excluso. Integre enim בְּהוֹן est: item in אֲנוּ *nos* I. Paral. XXIX. 13. Talmudicum etiam est כְּלַפֵּי *e regione*, *contra*, I. Paral. XXVI. 18. Iob. XXIV. 15. Sic subinde alia occurrunt in his paraphrasibus, quæ ex Rabbinismo explicari postulant: præsertim vocabula Rabbinis, quam Targumistis, vsitatiora.

VI. Tandem etiam peregrinitate verborum a purioribus differunt posteriores Targumistæ, dum Græca plurima, interdum etiam Latina Chaldæis admiscent. e. g. אוֹכְלוֹס ὄχλος, אֲנַנְקֵי ἀνάγκη, סִימָן σημεῖον, הֶדְיוֹט ἰδιώτης. אַפִּיטְרוֹפּוֹס ἐπίτροπος, אַרְכוֹן ἄρχων, אִסְטְרַטְיוֹטִין στρατιώτης, אִסְטְרָטֵיג στρατηγός, אַקְלִידָא κλεῖδες, אוֹקְיָינוֹס ὠκεανός, פִּילָגוֹס πέλαγος &c.

Latina sunt קִנְטָר *centenarius* (pondo) I. Paral. XIX. 6. לִגְיוֹנִין *legiones* Targ. Hierosol. Num. XXIV. 24. פַּלְטְרִין *palatia* Psalm. LXVIII. 13. &c.

CAPVT XII
DE ORIGINE VOCVM CHALDAICARVM.

I. PLurima vocabula Chaldæi cum Ebræis communia habent, quæ vel nihil mutata sunt, vt אֶבֶן *lapis*, רוּחַ *spiritus*, צַדִּיק *iustus* &c. vel leuiter tantummodo inflexa, aut punctis vocalibus ad linguæ proprietatem acommodata, vt קְרָא *vocauit*, בְּנָא *edificauit*, נְפַשׁ *anima*, אַבָּא *pater*, אִמָּא *mater*, עַמָּא *populus* &c. De horum similibus nihil attinet memorare, quia ex Ebraismo notissima sunt.

II. Interdum littera Ebrææ vocis permutata est, aut abiecta, aut transposita, aut noua superaddita. Permutatio accidit præcipue sibilantibus ש, ז, צ, & quidem

ש in ת frequentissime mutatur, vt תּוּב *redire*, תְּבַר *fregit*, תּוֹר *bos*, אִתְּא *vxor*, דִּתְאָה *herba*, תְּלִיתָאָה *tertius* &c.

ז in ד, vt דְּבַח *sacrificauit*, דְּהַב *aurum*, דְּכָא *purum esse*, דְּכַר *recordatus est*, דְּרַע *brachium*, אוּדְנָא *auris*, אֲחַד *prehendit*.

צ in ט, vt טוּר *mons* ex צוּר *petra*, (sicut in צוֹר *Tyrus* צ Ebræum Syris in ט mutatum fuit) קַיִט *æstas*, טַלֵּל *obumbrauit*, טִיהֲרָא ex צָהֳרַיִם *meridies*.

& in ע sæpius, vt אֲרַע *terra*, עָן vel עָאן *grex*, עֲמַר *lana*, אָע *lignum* euphoniæ caussa priore ע in א conuerso: רְעַע ex רָצַץ *quassauit, fregit*, עָר *hostis* &c. Porro

ע in ק, sed perraro, vt אַרְקָא pro אַרְעָא in Ieremiæ pericope c. X. II. Sic עֲרָא *accidit* Ios. II. 16 videtur ex Ebr. קָרָה esse.

ב in פ, vt פַּרְזְלָא *ferrum*.

III. Sunt etiam aliæ mutationes, per Aphæresin, vt חַד *vnus* ex אֶחָד, & quæ in Hierosolymitana dialecto notauimus p. 62. Deinde per Prosthesin, vt אִדָּם *sanguis*, אִידָא vel אֲיָדָא *manus*, אִיקָרָא *gloria*, אִשְׁתִּי *bibit*. Adhæc per Mathesin, vt חַקְלָא *ager*: per Apocopen denique, vt שַׁבְּתָא *sabbatum*, Plur. שַׁבִּין, שַׁבַּיָּא *sabbata*, ת abscisso.

IV. Vocalium immutatio fit etiam plerumque *κατ' ἀναλογίαν*, & pro ratione linguæ. Nempe ex Cholem fit Kamez, vt לָא *non*; טָב *bonus*, דָּר *generatio*, שָׁק *crus*, אָת *signum*, גְּבָר *heros*, חֲמָר *asinus*, אָמַר *dicens* &c. Dissyllaba in ֶ ֶ aut ֵ ֵ faciunt ְ ַ, vt בְּשַׂר *caro*, נְפַשׁ *anima* &c.

V. Cum vero memoriæ mandasse præcipua linguæ vocabula plurimum referat; quæ propria sunt Chaldæorum, aut singulari mutatione ab Ebræis distincta, *ὡς ἐν συνόψει* proponimus.

אִגְּרָא *epistola.*
אֲוִיר *aër.*
אוֹרָיְתָא *lex*, ab ירה.
אֲזַל *abiit.*
אֲחַד *prehendit, tenuit.*
אוֹחִי *festinauit*, ex יחה
אוֹחֲרָן *alius.*
אִילָן *arbor.*
אִית *est, sunt*, אִיתַי Dan.
אֱלָהָא, אֱלָהּ *Deus.*
אֲלַף *didicit*, Pael *docuit*
אַמְהוּ, אַמְהָא, אַמְתָא *ancilla.*
אִמַּר *agnus, ouis.*
אֲנַס *pressit, vim intulit.*.
אַנְפִּין, אַפִּין Pl. *facies.*
אֱנָשׁ *homo.* נָשׁ poster. Paraphr.
אַסִּי *sanauit*, אָסוּת *sanatio.*
אָע, אָעָא *lignum.*
אֶפְשָׁר *possibile*
אַרְיָא *leo.*
אוֹרְחָא *via, iter.*
אֲרַךְ Kal vt Ebr. אוֹרִיךְ Aphel *morari, exspectare.*
אֲרַע *accidit. occurrit.*
אֲרַע, אַרְעָא *terra.*

אֲשַׁד *fundere.*
אֲתָא *venit.*
אָת *signum.*
אֲתַר, אַתְרָא *locus.*
אִתְּא, אִתְּתָא, אִתּוּ, & נ pro dagesch, אִנְתְּתָא, *uxor.*
בְּאֵשׁ *malum esse.*
בַּדַּר *sparsit.*
בּוּת *pernoctare.*
בְּזַע *scidit, transfixit.*
בַּטַּל *cessauit*: Pael *impediuit.*
בִּישׁ *malus*, בִּישׁוּת *malitia.*
בַּל *cor*, vt Syr. & Arab.
בְּעָא *quæsiuit, petiit.*
בְּעַל *dominus, maritus.*
בְּצָא *scrutari.*
בַּר, בְּרָא (Ionath. בִּיר) *filius.*
בְּרַת, בְּרַתָּא *filia.* Non inueni Pluralem nisi cum Suffixis, quo statu a Sing. non differt, vt בְּרָתַי *filiæ meæ* Ruth. I. 12. 13. בְּרָתוֹי *filiarum eius* Ion. Gen. XIX. 16.
בָּרָא *ager, campus*
גְּדַד *exscidit.*
גּוֹ, גַּו *medium.*

גַּבָּא, גּוֹב *fouea*
גּוּר *adulterare*
גִּיּוֹר *proselytus, peregrinus*
גְּחַן *inclinauit, procubuit*
גְּלָא *migrauit, reuelauit*
גָּלוּת *exilium*
גִּנּוּנִתָא, גִּנְּתָא, גִּנָּא *hortus*
גַּרְמָא *os* ossis
גּוּשְׁמָא. גֶּשֶׁם *corpus*
דְּבָבוּת, דְּבָבָא *odium, inimicitia*
דְּבַח *sacrificauit,* דִּבְחָא *sacrificium*
דְּבַר *duxit,* Pael idem.
דְּגַל *mentitus est,* דַּגָּל *mendax*
דְּהַב *aurum*
דִּיץ *lætari*
דַּיֵּק (Pael ex דוק) *attendit*
דּוּר *habitare,* דָּר *generatio*
דְּחַל *timuit*
זְכָא & דְּכָא *purum esse*
דְּכַר *recordari*
דִּכְרָא, דְּכַר *mas & aries*
דְּמַךְ *dormiuit*
דְּנַח *oriri*
דְּקַק *comminutus est*
אֶדְרַע, דְּרַע *brachium*
הֲלַךְ *ire, proficisci*
הֵימִן *credidit*
הֲנָא *lucrari*
הַרְהֵר *cogitauit*
זְבַן *emere,* Pael *vendere*
זְהַר *splendere, admonere*

זוּן *alere*
זַוֵּג *iunxit*
זִיו *splendor*
זָכוּת *iustitia, meritum*
זִמְנָא, זְמַן *tempus.* Dan. IV. 33. Masc. in Targ. sæpe Fœm. Cant. I. 13. 14. & II. 13.
זַמֵּן *parare*
זְעַר *minuit,* זְעֵיר *paruus*
זְקַף *erexit,* זְקִיפָא *patibulum*
חַד *vnus*
חַדְיָא, חֲדִי *pectus*
חֲדָא, חֲדִי *gaudere*
חֶדְוָא *gaudium.*
חַדְתָּא, חֲדַת *nouus*
חַוִּי *indicauit*
חוּב *peccare,* חוֹב *peccatum*
חִוָּר *albus*
חֲזַר *rediit*
חֲמִי, חֲמָא *vidit*
חַמְרָא, חֲמַר *vinum*
חֲסַן *robustus fuit*
חֲצַד *messuit*
חַקְלָא *ager*
חֲרַךְ *comburi,* Ithp. idem.
חֲשׁוֹכָא *tenebræ*
טְאֵב *bonus fuit*
טְבַל *mersit, tinxit*
טוּפָנָא *diluuium*
טַוְרָא, טוּרָא, טוּר *mons*
טַלֵּל *obumbrauit*
טוּל & טְלָל *vmbra*
טְלַם *oppressit*

טְלַק *proiecit*
טְמַר *abscondit*
טְנַן *inuidit*
טְעָא *errauit*, טָעוּת *error*
טְשָׁא *abscondi, latere*
יְבַל, Aph. אוֹבִיל *attulit*
יְגַר *cumulus*
יַד, יְדָא, אִידָא *manus*
יְהַב *dedit*, מוֹהֲבָא *donum*
יְמָא *iurauit*
יְעַט *consulere:* עֵטָא *consilium*
יְקַף, Aph. אַקִּיף *circumdedit*
יְתַב *sedit*
יְתַר *residuus fuit*
יַתִּיר *excellens, magis*
כַּדֵּב *mentiri*, כִּדְבָא *mendacium*
כַּוֵּן *parauit, aptauit*
כֵּיף *lapis.* Poster. Paraphrast.
כְּנַס & כְּנַשׁ *congregauit*
כְּנִישְׁתָּא *congregatio, synagoga*
כְּסַן *reprehendit*
כְּפַן *esuriit*
כְּרַךְ *inuoluit, muniuit*
אַכְרֵז *pradicauit*, כָּרוֹזָא *praeco*
כַּתַּר *exspectauit*
כַּת *turma, caterna*
לוּט *maledicere.* Est etiam Geminatum & Lamed Aleph.
לֵיל & לֵילְיָא *nox.* Praeter Plur. anomalon p.8, est etiam לֵילֵי absolute & constructe, Ps.I,2.
לֵית *non est, non*
לְקָה *vapulauit*

מָאן *vas, instrumentum*
מוּק *irridere*
מוּת *mori*, מוֹתָא & מִיתוּת *mors.*
מְטָא *venit, pertigit*
מֵימְרָא *verbum*
מַלֵּל *locutus est*
מִלְכָּא *consilium*
מְנַע *prohibuit.*
מְסָא & מְסַס *liquescere*
מְרַע *aegrotare.*
מְתַן *exspectauit*
נְגַח vt Ebr. אַגַּח Aph. *praeliari, bellum facere.*
נְדָא Aph. אַדִּי *aduersit*
נוּר, נוּרָא *ignis*, נְהוֹרָא *lux*
נְזַק *nocuit, laesit*
נְחַת *descendit*
נְטַל *leuare, ferre, proficisci*
נְטַר *seruauit, custodiuit*
נִיר *iugum*
נְכַס *mactauit*
נְכַת *momordit*
נְסַב *accepit, abstulit*
נְסַק *adscendit*
נְפַק *egressus est, exiit*
נְצַב *plantauit*
נָשׁ *pro* אֱנָשׁ *homo.* Poster. Paraphrast.
סְבַר *cogitauit, sperauit*
סִבְרָא *spes*
סוֹבַר *sustinuit*
סְגִיד *adorauit*

סְהַד *testari,* סָהִיד *testis,*
סַהֲדוּתָא *testimonium*
סִהֲרָא *luna*
סוּב *senescere.* Præterit. י habet,
סִיב *senuit,* סִיבוּ *senuerunt.*
סָב *senex,* סֵיבָא & סֵיבוּ *senectus*
סְגָא *creuit,* סַגִּיא & סַגִּי *multum,*
סוּגִי *copia*
סְטָא *declinauit, secessit*
סְעַד *auxiliari*
סְלֵק *adscendit,* sine Fut. & Imp.
סְמַק *rubuit*
סְנָא *odit*
סְעַר *visitauit*
סְפַק *defecit*
סַרְהֵב *festinauit*
סְרַח *peccauit, inique egit*
סְרַךְ *peruertit*
סְתַר *diruit, destruxit.* Pael idem
עֲבַד *fecit,* עוֹבַד & עֲבִידָא *opus*
עֲדָא *transiit, recessit*
עִדָּן *tempus.* Fœm.
עֲוָיָתָא *iniquitas*
עוּק *arctari, premi*
עַמְרָא *lana,* ex צֶמֶר
עלל *ingredi*
עֲסַק *studuit.* Post. Paraphr.
עַרְטִלַאי *nudus.*
עֲרַע *accidit, occurrit*
עֲרַק *fugit*
עַתֵּד *parauit, statuit*
עֲתִיד *futurus, paratus*

עֲתַר *ditescere,* ש in ת mut.
עַתִּיר *diues*
פַּגַּר *destruxit*
פִּגְרָא *destructio, cadauer*
פֻּם, פּוּמָא *os,* oris
פְּטַר *dimisit.*
פַּטִּיר *azymum*
פְּלַח *seruiit, operatus est*
פּוּלְחָן *cultus, ministerium*
פַּנֵּק *delicate nutriuit*
פַּקֵּד *præcepit,* פִּקּוּד *præceptum*
פְּרַד *separauit, secuit*
פְּרַח *volauit*
פְּרַס *pandere, frangere*
פְּרַע *retribuit, pensauit*
פְּרַק *rupit, redemit*
פּוּרְקָנָא *redemtio*
פְּרַשׁ *separare, mirum esse*
פְּשַׁר *interpretari,* פְּתַר idem
פִּשְׁרָא & פִּשְׁרָן *interpretatio*
פִּתְגָּמָא *verbum, res*
צְבָא *voluit,* צְבוּ *voluntas, res*
צִדְקְתָא *iustitia, eleemosyne*
צְהָא & צְחָא *sitiuit*
צְוַח *clamauit*
צוּת *audire, attendere*
צַלִּי Pael *orauit*
צְלוֹתָא *precatio*
צְלַב *suspendit, crucifixit*
צְלִיבָא *crux, suspensio*
צַפְרָא *mane, aurora*
צִפְּרָא *auis*
צְפִירָא *hircus*

צְרַךְ *indiguit*
קְבַל *clamauit, obscurus fuit:* Pael *accepit*
קַדִּישׁ *sanctus*
קַדְמַי & קַדְמָאָה *primus*
קָל *vox*
קוּץ *spernere*
קְטַל *occidit,* קְטוֹל *cædes*
קַיְטָא *æstas*
קְיָם *fœdus, iusiurandum*
קַיָּם *stabilis,* ex קוּם
קֵיסָא *lignum, patibulum*
קְרֵב *accessit*
קְרָב *bellum*
קִרְיָא *urbs*
אִתְקָרַר *frigescere*
קַרְצָא *criminatio*
קְשֵׁי *durus,* קַשְׁיוּ *durities*
קְשׁוֹט, קוּשְׁטָא *veritas*
קְשַׁשׁ *senuit,* קָשִׁישׁ *senex*
רֵישׁ (Dan. רֵאשׁ) *caput*
רְבֵי, רַבְיָא *puer,* רִיבָא *puella*
רְבוּ *amplitudo*
רַבָּא *princeps, magister,* Pl. רַבְרְבָנִין & רַבְרְבִין
רִבּוֹן *dominus,* רַבָּן *magister*
רְגַז, רוּגְזָא *ira*
רְהַט *cucurrit*
רְחֵם *dilexit*
רְחַץ *confisus est.* Ithp. idem.
רְמַז *innuit.* Poster. Paraphr.
רְמַשׁ רַמְשָׁא *vespera*
רְסַס *adspersit*

רְעָא *velle, adquiescere,* etiam in Ithpael. 2. *pascere*
רְעַע & רְעַץ *fregit*
רוֹקֵן *liberauit, spoliauit*
רְשַׁם *signauit*
רְתִכָא & רְתַךְ *currus*
רְתַת *tremuit*
שְׁבָהוֹר *gloria*
שַׁבַּח *laudauit*
שְׁבַק *reliquit, remisit*
שְׁדָא *iecit*
שַׁדַּר *misit*
שְׁהָא *morari, tardare*
שַׁוִּי *posuit* Pael
שׁוּם, שְׁמָא *nomen*
שׁוּר *murus*
שֵׁיזֵיב *eripuit, liberauit*
שְׁטָא *insanire*
שֵׁיצִי *finiuit, exscidit*
שַׁלְהֵב *inflammauit*
שְׁלֵט *dominari*
שַׁלִּיט *dominus, princeps*
שָׁלְטָן *potestas*
שַׁמֵּשׁ *ministrauit*
שַׁנֵּק *arctauit, suffocauit*
שַׁעְבֵּד *subiecit, seruire fecit*
שְׁפַר *pulcrum esse,* שַׁפִּיר *pulcer*
שְׁרָא *soluit: habitauit:* Pael *cœpit*
מַשְׁרִית *castra*
שְׁתַף *sociauit*
תּוּב *reuerti*

תּוֹר *bos*	תַּקֵּן *direxit*, תַּקִּין *rectus*
תְּכַל *confisus est, sperauit.*	תְּקַף *valuit*, תַּקִּיף *validus*
תַּלְגָּא *nix*	תּוֹקְפָּא *robur.*
תַּלְמִיד *discipulus*	תְּרַב *adeps*
תְּמִהִין *miracula*	תְּרֵין, תַּרְתֵּין *duo, dua*
תְּנָא *tradere, docere, discere*	תְּרַע *rupit, fregit.*
תִּנְיָן *secundus*	תְּרַע, תַּרְעָא *ianua, porta*
תְּנָן *fumus*	תְּרַץ *direxit*, תְּרִיץ *rectus.*
תְּקַל *ponderauit*	

Hæc præcipua ſunt vocabula & vſu magis trita, quæ Chaldæam linguam ab Ebræa diſtinguunt: quibus memoriæ impreſſis, additisque Particulis & Pronominibus cap. IV & VIII explicatis, non eſt, quod multam in Chaldaiſmo offenſionem metuamus. Cetera enim ipſe vſus Ebrææ linguæ ſuggeret, aut ſi rariora ſunt, Lexicon explanabit. Superſunt NVMERALIA, quorum eadem apud Chaldæos & Ebræos ſyntaxis eſt, vt a ternario ad denarium ſexus mutetur, & virilis terminatio fœminei generis ſit; muliebris autem maſculini. e. g.

חַד *vnus*, Fœm. חֲדָא	שִׁתָּא *sex* F. שִׁית
תְּרֵין *duo* (conſtr. תְּרֵי) F. תַּרְתֵּין	שִׁבְעָא *septem* שְׁבַע
תְּלָתָא *tres* —ת	תְּמָנְיָא *octo* —נֵי
אַרְבְּעָא *quatuor* —ע	תִּשְׁעָא *nouem* תְּשַׁע
חַמְשָׁא *quinque* חֲמֵשׁ	עַסְרָא *decem* עֲסַר

Compoſiti a 10 ad 20 eandem Generis legem in priore parte ſequuntur: denarium autem pro maſculinis עֲסַר; pro ſequioribus עַסְרֵי ſubiiciunt: nec raro contractionem patiuntur, vt תְּרֵיסַר *duodecim*, חֲמֵיסַר *quindecim* &c. A 20 ad 100 Communia ſunt, vt עַסְרִין *viginti*, שִׁתִּין *sexaginta* &c. ORDINALIA in ־ָי vel ־ַאי finiunt, vt קַדְמַי *primus*, רְבִיעַאי *quartus*, Fœm. in ־ָאָה ex regula pag. 5. propoſita.

CHALDAISMI VSVS
I
Theologicus
Ex Danielis IV. 24.

Verba Danielis authentica:

חֲטָיָךְ בְּצִדְקָה פְרֻק וַעֲוָיָתָךְ בְּמִחַן עֲנָיִן׃

Versio Vulgata:

Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordiis pauperum.

POntificii pro *Merito Operum*, saltem *ex congruo*, hunc locum allegant, vid. Bellarm, II. Pœnit. cap. XII. & lib. IV. cap. VIII, reclamant nostrates omnes, & telum hosti extorquent, nisi tamen in diuersa agmina diuisi. Quidam controuersæ voci פרק *liberandi & redimendi* sensum relinquunt, verum ad pœnas non quasvis, sed temporales tantum accommodant, quas beneficentia auerti ex Psalm. XLI. 2. 3. 4. eliciunt. Alii *redemtionis* significatum ex hoc Dicto proscribunt, & de mera *abruptione* interpretantur. Sunt, qui distinguunt פרק a פרה & גאל, e quibus posteriora ipsis *liberare a peccatorum pœnis*; prius solum *e periculis & aduersitatibus eripere* significat.

II. Accuratius in verborum vim inquirendum est, quod Ebraicæ Linguæ ope heic minime perficitur propter Chaldæum Danielis stilum, qui, licet sæpe conspiret cum Ebræo, tantum tamen discrepantiæ habet, vt, quod Hieronymus præfat. in Dan. (quæ est Epistola 120) de se confessus est, *qui sibi visus sit sciolus inter Ebræos, cœperit rursus esse discipulus Chaldaicus.* Ex Syria ergo & Chaldæa heic subsidium Sacris literis vocandum erit.

III. Radix פרק pure Ebræis, dictante Kimchio in Rad. habet ענין השבר והפרדה דבר מדבר *significationem abrumpendi rem ab re.* Ex multis pauca exempla damus: in Kal Gen. XXVII. 40. וּפָרַקְתָּ *& rumpes iugum eius de collo tuo.* in Piel Exod. XXXII. 2. פָּרְקוּ *abrumpite inaures,*

inaures, &c. Quod insuper Ps. CXXXVI. 24. & Thren. V. 8. *saluare & liberare* notat, id pure Ebræum non est, & recte Kimchi c. I. & Salomo Ben Melech ad illum Psalmi locum, adscripserunt, כתרגום *Chaldaismum* sapere.

IV. Nam Chaldæis & Syris frequenter hæc Radix *salutis & liberationis* significatum tenet, & ipse Imperatiuus Peal, apud Danielem controuersus, in Targum Ps. XX. 10. pro הוֹשִׁיעָ *salua*, & Psal. XXV. 22. pro פְּדֵה *redime*; & in Syra dialecto ܦܪܘܩ Matth. XIV. 30. pro σῶσον, & Luc. XI. 4. pro ῥῦσαι vsurpatur. Adde, si placet, Syrum Act. VII. 10. 34. Coloss. I. 13. Tit. II. 14. & Chaldæum Psalm. XXIIX. 9. XXXIV. 7. II. Sam. IV. 9. &c. Hanc significationem in nostro Danielis loco exosculantur Pontificii, &, qui his in caussa de *Operum Merito* pollicem premunt, recutiti Iudæi. Nam Danielis פְּרֻק AbenEsra per فك *redime*; Saadias Gaon per תפדה, Futurum eiusdem notionis Verbum, reddiderunt. Neque tamen herbam porrigimus Papicolis, aut Pharisaica iustitia turgentibus Iudæis, nec ipsis sequelam largimur: sæpius *redimere* notat, ergo etiam in Daniele.

V. Etenim alius quoque, præter *liberandi* significatum, Aramæis suppetit. Syris Neutraliter *abesse*, *distare*, *desistere* notat, Luc. V. 8. Act. I. 4. II. Tim. II. 19. & sic semper cum ܡܢ *A*, *Ex*, construitur: Chaldæis Actiue insuper significat *abrumpere*, *amouere*, *disiicere*. Vt nihil de Coniugatione Pael, quam Ben Vziel I. Reg. XIX. 11. & Onkelos Exod. XXXII. 2. 24. Num. I. 51. IV. 5 adhibuerunt, edisseramus, quanquam Num. I. & IV percommode puncta Coniugationis Kal substerni possint; etiam in Peal, qua Coniugatione Daniel vsus est, significatus idem valet. In Targum Hierosolymitano Exod. XIV. 25. e. g. וּפְרַק יַת גַּלְגַּלֵּי רְתִיכוֹהוֹן Vphrak, *& abrupit*, und stieß ab die Räder von ihren Wagen. In eodem Targum Gen. XXVII. 40. הָא בְּכֵן תְּהֵוֵי פָּרֵיק נִיר שִׁעְבּוּדְהוֹן מֵעַל צַוְּרָךְ *ecce tunc eris abrumpens iugum seruitutis eorum a collo tuo.* Pariter alterum Targum, quod Ionathanis dicitur, h. l. תְּהֵי פָּרֵיק נִיר *eris abrumpens iugum.* Indubitate hoc exemplum, quæcunque puncta subiiciuntur, in illa Coniugatione est, qua vsus fuit Daniel. Quod

 præter-

præterea etiam notat *pecunia aliquid adquirere* מִפְרַק יִפְרוֹק Levit. XXVII. 19. 31. in Onkel. & Hierofolymitano, id ab hoc loco alienum eft, propter materiæ disparitatem, quæ ibidem ager & decimæ funt, heic peccata & actiones præteritæ. Priores folæ fignificationes ad fcopum noftrum faciunt, (neque enim ipfi aduerfarii ad hanc tertiam attendunt) quarum quæ in Daniele obtineat, ex contextu nunc eruendum erit.

VI. In Daniele cum Accufatiuo חֲטָךְ *peccata tua* vel *peccatum tuum*, conftruitur. Excuffi, quotquot inuenire potui, Targumica loca, *faluationis* fignificatui apta; fed nusquam Accufatiuo *rem* aut *terminum a quo*, femper *perfonam* notatam deprehendi: Rem ipfam vero & malum, a quo liberamur, Auferendi cafus cum Præpofitione declarauit vbique. Ex multis pauca fufficiant: Pf. XXV. vlt. פְּרוֹק יְיָ יַת יִשְׂרָאֵל מִכָּל עָקְתוֹי *libera, Domine, Ifraelem ex omnibus anguftiis eius:* Pfal. CXXX. vlt. וְהוּא יִפְרוֹק יַת יִשְׂרָאֵל מִכָּל עֲוָיָתֵיהּ *& ipfe redimet Ifraelem ab omnibus peccatis eius.* Syrus eandem conftructionem feruat, v. gr. Tit. II. 14. ܢܦܪܘܩܢ ܡܢ ܟܠ ܥܘܠܐ *vt redimeret nos ab omni iniquitate.* Quod fi Pontificiis fauere voluiffet Daniel, ita ftilum informare debuiffet: פְּרַק יָתָךְ מִן חֲטָךְ בִּצְדָקְתָא *redime TE a peccatis tuis per eleemofynam* vel *iuftitiam.* Quod quia non factum eft, non habent, quod ex hoc loco fibi fperent Meritorum patroni.

VII. Num vero altera fignificatio, *abrumpendi* fcilicet, *finiendi* & *deponendi*, Danieli congruat, difpiciendum quoque erit. Nihil vero obftare videmus, quo minus heic illa obtineat. Nam fic paffim cum Accufatiuo Rei abfolute iungitur, quod maxime confirmat vocula יַת (Ebræorum אֶת refpondens) Leuit. I. 17. Num. I. 51. IV. 5. in Onkelofi verfione; & Exod. XIV. 25. in Hierofolymitana. Hinc fententia fimpliciffima erit: *abrumpe* aut *depone peccata tua per iuftitiam*, i. e. peccata omitte, iuftis actionibus ftude, quæ peccatis contrariæ funt, ita vt vnum pellat e fubiecto alterum. Si Scripturæ verbis fit Daniel exponendus, rem optime conficiet Pfal. XXXIV. 15. *Recede a malo & fac bonum:* aut II. Tim. II. 19. ἀποςήτω ἀπὸ ἀδικίας,

κίας, &c. vbi Syrus hac ipsa Radice controuersa vsus est, ܢܦܪܘܩ ܡܢ ܚܛܝܬܐ *cesset ab iniquitate.* Notio *deponendi* cum primis Ludouico de Dieu in h. l. placuit, quam ex Num. I. 51. stabiliuit, eamque ita expressit: *Depone peccata tua*, quod nobis etiam perplacet, quanquam in altera voce צִדְקָה ab ipso discedimus, vt mox declarabitur.

VIII. Maxime vero obiiciunt nobis Pontificii LXX Seniores, (qui vertunt καὶ τὰς ἁμαρτίας σου ἐν ἐλεημοσύναις λύτρωσαι) & Patrum Ecclesiasticorum auctoritatem. Quod ad Græcos attinet, vixerunt illi in Ecclesia decrescente, quæ quantas tenebras *Iustificationi* offuderit, a B. Chemn. P. 2. LL. f. 220. notatum est. Patres deinde, maximam partem ἀνεβραίους, LXXvirali versione, vt sæpe alias, deceptos esse, non est, quod miremur, sed hoc gratior nobis sit & commendatior lux restituta Linguarum Orientalium.

IX. Nunc facile erit de nostratium interpretatione iudicium. Tertia, quæ inter פרק & גאל siue פדה distinguit, mihi, quod pace Auctorum dixerim, non videtur satis tuta, cum Daniel Chaldaice scripturus neque Rad. גאל, neque פדה potuerit vsurpare, quod vtramque Chaldæa lingua ignorat. Exemplis etiam ostendimus, vtramque Targumistas (etiam in vno v. 19. Psal. LXIX.) per eandem פרק exposuisse. Prima, cum fide quidem bene congruit, dubito vero, an optime cum Grammatica, vtpote quæ *redimendi* significatum cum Accusatiuo Personæ & Ablatiuo Rei (non exclusa Præpositione) perpetuo componit. Media via & sententia tutissima est, etiam certissima, quam etiam R. Salomo videtur intendisse Danielis textum ita interpretatus: ועונך בצדקה פרוק מעל צוארך *& peccatum tuum per iustitiam abrumpe* tanquam iugum) *a collo tuo.* Sine dubio ad phrasin Mosaicam respexit supra ex Gen. XXVII. 40. enotatam.

X. Pauca addo de voce צִדְקָה, quam *iustitiam* exponunt nostri: LXX ἐλεημοσύνας vertunt, quos Pontificii & Iudæi agmine facto subsequuntur. Mirati quidam sunt, quare *eleemosynas* reddiderint LXX, quod tamen in authentico textu est *iustitia.* Sed mirum id non est, si Linguæ audimus idiotismum. Chaldæis enim,

Syris & Rabbinis eleemoſyna a *Iuſtitia* denominatur. Chaldæus צִדְקְתָא vel צִדְקָתָא Eſther IX. 22. ita vſurpauit, dum Ebræa verba מַתָּנוֹת לָאֶבְיוֹנִים *dona pauperibus*, Chaldaice translata ſunt מָעְתָא דִצְדָקְתָא מַתְּנָן דַחֲשִׁיכֵי *pecunias eleemoſynæ tanquam dona pro pauperibus.* Syrus perpetuo Græcorum ἐλεημοσύνην per ܙܕܩܬܐ in N. Teſt. expreſſit Matth. VI. 1. 2. 3. 4. Luc. XI. 41. XII. 33. Act. III. 2. 3. 10. IX. 36. X. 2. 4. 31. XXIV. 17. Nec vidi exemplum, vbi vox hæc Syriace notet *iuſtitiam*, vtpote quam ex alia terminatione denominant ܙܕܝܩܘܬܐ & ܙܕܝܩܘ per Apocopen. Et notabilis eſt Tremellii gloſſa ad Luc. XII. 33. in Syro eius Opere his verbis adſcripta: *Obſeruatione dignum, quod Ebræis, Chaldæis & Syris* צדקה & צדקה i. e. *iuſtitia dicatur eleemoſyna, quo docent munificentiam erga inopes eſſe iuſtitiæ non poſtremam partem.* Pro Rabbinis ſuis loquatur Elias ex Thisbi pag. 76. כרגילו רז״ל לקרא למתנת עניים צדקה וקראו הצדקה בלשון הגוים אלמוזן והוא בלשון יון: *Conſueuerunt Rabbini noſtri ſ. m. donum, quod pauperibus datur, vocare* צדקה, *& in lingua gentilium exponunt*, Allmoſen/ *idque ex Græca Lingua deſumtum eſt.*

XI. Non tamen ceſſat in Chaldaiſmo propria ſignificatio, qua *iuſtitiam* valet, etiam rigide dictam & forenſem. Pſalm. LXXII. 2. בִּצְדָקָה *in iuſtitia*, & in Emphatico ſtatu צִדְקְתָא Pſ. LXXXIX. 15. XCIIX. 9. Prov. XI. 5. 6. vt nihil faciat Lud. de Dieu, qui *eleemoſynam* cum LXX & Vulgato mauult propterea verti, quod *iuſtitia* Chaldæis non צִדְקָה, ſed צִדִיקוּתָא dicatur. Quid ergo ad tropum confugimus, cum propria ſignificatio non ſolum recepta eſt, ſed textui etiam apprime accommoda? Tyrannum iniuſtiſſimum exhortatur propheta, vt ab impietate deſiſtat, & iuſtitiam exerceat tum *commutatiuam* in pœnis infligendis, tum *diſtributiuam* in oneribus & tributis ad æquitatem moderandis. R. Elias pag. 77. adiecerat: לפי לשון המקרא אין הפרש בין צדק לצדקה *Stilo Biblico non eſt differentia inter* צדק & צדקה i. e. vtraque ſignat *iuſtitiam*, neutra *eleemoſynam.* Facile hinc de loco Danielis colligere licet. Quod ſi omnino a rigore *iuſtitiæ* ad *clementiam & benignitatem* trahere vocem velis, quia per ἐπεξήγησιν ſequitur, *& præuaricationes tuas* בְּמִחַן עֲנָיִן *per miſereri pauperum;* & haud rarus in Oriente vſus eſt, vt beneficentia

per

per *Iustitiæ* nomen exhibeatur: nec sic tamen pro *merito operum* obtinebis, cum *merendi vis* genuina explicatione verbi פרק supra omnis fuerit præclusa & relegata.

XII. Tandem per viam inspicimus verbum חֲטָיָךְ, de cuius Numero dubitari potest, *peccatum*, an *peccata* reddendum sit. Si Plurale, vti fere omnes interpretes verterunt; *ἀνωμάλως* positum est pro חֲטָאָיךְ, Iod quiescente, vt solet apud Danielem & Esram ךְ cum Nominibus pluratiuis: sin Singulare, nihil anomaliæ subest, cum Ketif Esræ V. 17. exhibeat Singulare חֲטָיָא, quod etiam חֲטָיָא scribi potest: sicut Ebræi חֵטְאָה & חַטָּאָה, cum dagesch & sine illo, referunt. Nec religio nostratibus est, interdum a Keri Masoretarum discedere.

II.
Vsus Philologicus
in explicanda Scripturæ phrasi.

IN Sacris non inusitatus loquendi modus est, *ἰδεῖν τὸν θάνατον*, *videre mortem*, Luc. II. 26. Ebr. XI. 5. & *γεύεσθαι θανάτου gustare mortem*, Matth. XVI. 28. Iohann. IIX. 52. Ebr. II. 9. Ebræas esse Phrases, nec ἐν Ἑλλάδι τῶν ἐθνῶν reperiri similes, plurimorum sententia est. Si exempla Ebræa poscis, adferunt verba Psalmi LXXXIX. 49. לֹא יִרְאֶה מָּוֶת *non videbit mortem*. Circa alteram phrasin, *gustare mortem*, hæret aqua Ebraizantibus. Diligentissimus litteraturæ huius cultor Io. Vorstius in Philol. Sacr. cap. XXXIX ad Syrum prouocat, qui Ebr. XI. 5. pro *ἰδεῖν θάνατον* habet ܢܛܥܡ ܡܘܬܐ *gustare mortem*; addit vnum Rabbinicum e Breschit Rabba exemplum, quod ex Buxtorfii Lexico Talmud. f. 895. allegauerat. Nos duo adiicimus, in vno versu Targum Hierosolymitani Deut. XXXII. 1. obseruata. vbi Moses ita Parascham orditur: הָא אֲנָא מַסְהִיד בְּעַלְמָא הָדֵין מִלָּא דְלָא טַעֲמָא מִיתוּ מַסְהִיד אֲנָא בְהוֹן שְׁמַיָּא וְאַרְעָא דְלָא טָעֲמִין מִיתוּ בְּעַלְמָא הָדֵין בְּרַם סוֹפֵיהוֹן כָּלִין לְעַלְמָא דְאָתֵי: i. e. *ecce ego testor in hoc mundo verbum, quod mortem non gustat; testor contra eos cœlum & terram, quæ mortem non gustant in hoc mundo, verum eorum*

ctorum finis eſt, vt conſumantur in ſæculo futuro. Nec aliter alterum Targum, quod Ionathani tribuitur, ſed vt in plerisque ſequitur Hieroſolymitanum, ita heic quoque טְעָמִין מִיתוּתָא *guſtantes mortem* refert. Aliena proinde ſunt, quæ Sebaſtianus Pſochenius ſect. CIV. libelli ſui ex Euripide affert, γεύεσθαι πένθους, κακῶν, *luctum*, aut *malum guſtare.* Nam primum poetica ſunt, & ipſis poetis rara: deinde non *mortem,* quæ vox in controuerſia eſt, ſed quiduis aliud guſtandum exhibent. Quantum igitur abeſt, vt Apoſtolos ex Euripide potius, aut ſimili poeta, quam ex Syro-Chaldæorum familiari vſu hanc vulgatiſſimam ſuam phraſin didiciſſe credamus?

II. Eadem ratio eſt phraſeos ἀφιέναι ὀφειλήματα Matth. VI 12. de qua B. Carpzouius in Libr. Symb. p. 1064. *ex Chaldaiſmo*, inquit, *vox* DEBITVM *eſt.* Veriſſime quidem. Inter innumeras enim cum Latii, tum Helladis Metaphoras ne ſemel quidem reperire licet *remittere debita* pro *peccatâ condonare*, aut *debitum* pro *peccatum*, *debere* pro *peccare.* Chaldæis hoc familiariſſimum. I. Reg. VIII. 34 verba וְסָלַחְתָּ לְחַטַּאת עַמְּךָ *& propitius ſis peccato populi tui*, Ionathan tranſtulit: וְתִשְׁבּוֹק לְחוֹבֵי עַמָּךְ *& remittes debita populi tui*, quod v. 39. repetitur: quæ eadem verba retinet Syrus Matth. VI. 12. ܫܒܘܩ ܠܢ ܚܘܒܝܢ *remitte debita noſtra.* Onkelos pariter Gen. L. 17. שְׁבוֹק כְּעַן לְחוֹבֵי אֲחָךְ *remitte quæſo debita fratrum tuorum.* Ebr. שָׂא נָא פֶּשַׁע *condona iniquitatem.* Sic II. Sam. XII. 13. cum, Dauide dicente חָטָאתִי *peccaui*, Nathan reſpondiſſet, *abſtulit Deus* חַטָּאתְךָ *peccatum tuum;* idem Ben Vziel illud vertit, חָבֵית *debui*, hoc, יְיָ אַעְבַּר חוֹבָךְ *Dominus tranſire fecit debitum tuum.* Etiam Iudic. X. 10. & 15. Ebræorum חָטָאנוּ *peccauimus*, Chaldaice expreſſum eſt, חָבְנָא *debuimus.*

III. Sic phraſin Chaldææ linguæ vindicauimus, non autem Syram, quæ coniunctiſſima illi eſt, excluſam volumus. Exod. XX. 5. Onk. מַסְעַר חוֹבֵי אֲבָהָן, Syr. ܦܩܕ ܚܘܒܐ ܕܐܒܗܐ *viſitans debita* (iniquitatem Ebr.) *patrum.* Cap. XXXIV. 7. ܫܒܩ ܥܘܠܐ ܘܚܘܒܐ *remittens peccata & debita*, Ebr. עָוֹן וָפֶשַׁע *iniquitatem & transgreſſionem.* Eſa. LIX. 2. ܚܘܒܝܟܘܢ ܦܪܫܘ *debita veſtra* (Ebr. עֲוֺנֹתֵיכֶם) *ſepa-*

separarunt inter vos & Deum. Ierem. XXXI 34. ܘܐܫܒܘܩ ܠܚܘܒܝܗܘܢ *remittam debita eorum,* Ebr. *condonabo iniquitatem.*

V. Ebr. I. 3. Dei Filius dicitur *φέρων τὰ πάντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ*, quod diuinitatis argumentum esse ex Targum Paralipomenωn ostendi potest egregie. Deum enim a maiestate & potentia describens non semel, sed iterum iterumque paraphrasta vocat סָבִיר כֹּלָא *portantem omnia.* vide lib. I. cap. XXIX. 11. vbi *τὰ πάντα* explicantur כָּל מָה דִי בִשְׁמַיָא וְכָל מָה דִי בְּאַרְעָא *omne quod in cœlo & quod in terra est.* Lib. II. cap. II. 6. *ῥήματι δυνάμεως* respondet בִּדְרָע גְּבוּרְתֵּיהּ *brachio potentiæ suæ.* Adde cap. VI. 18, & Cl. Beckii adnotata p. 14.

VI. Pariter *κοιμᾶσθαι* in Nouo Testamento passim de morte, præsertim piorum, singulari *εὐφημισμῷ* dicitur. Nihil frequentius in Ebræorum regum historia, quam וַיִּשְׁכַּב *& dormiuit,* eodem mortis sensu. Omnium clarissime Targum Ionathanis Deut. XXXII. 50. dum מֻת *morere,* vertit שְׁכוּב *dormi,* hunc idiotismum illustrauit.

VII. Nec tantum in phrasibus insignis vsus Chaldaismi est, sed sæpe in singulis vocibus interpretandis. e.g. Dan. IV. 10. עִיר quod vulgo *vigil* exponitur, Græci dubitabundi non vertunt, εἴρ scribentes, quæ ipsa vox Chaldaica est. Non infeliciter videtur Cloppenburgius, in litteris ad Lud. de Dieu datis, expediisse rem, cum dixit idem esse, quod צִיר *legatus, nuncius, angelus,* צ in ע Chaldaica consuetudine mutato. Pariter se torquent interpretes, qui sint Psalm. CXXXVII. 3. תּוֹלָלֵינוּ, vt ex Kimchii & AbenEsræ commentariis constat. Optime Abendana recentissimus, תוללינו כתרגום שוללינו כמו ת״ו ש״ן hoc est, תוללינו *est idem quod* שוללינו, ש *in* ת *mutato.* שלל enim Ebræorum, *prædari,* notum est. Quod firmatur præter hanc Chaldaicam consuetudinem siue conuersionem τοῦ ש in ת, ex Targum huius Psalmi, in quo est בְּזוֹזַנָא *prædantes nos.* De Chaldæis autem loquens Psalmi auctor, Chaldaismum imitatus est.

III.

III.

Vſus Iſagogicus,

ſiue

Introductio in Linguam Syram.

NOn præpoſtera, quanquam ϖρωθύστερον, methodus illa eſt, quæ prius docet Syre *reſoluere* aut *componere*, quam elementa Syrorum *legendo* cognoſcere. Nihil enim in Syra Lingua eſt, quod plus deterreat tirones, quam apicum nouitas eorumque inuſitata figura. Qui vero Chaldaicæ Linguæ mediocriter peritus eſt, is paucis horis tantum poteſt proficere, vt Syriacum textum, Ebræis characteribus exſcriptum, & reſoluat non infeliciter, & maiorem eius partem intelligat. Quod ſi quis eo progreſſus eſt, non facile committet, (niſi pigerrimus fuerit) vt elementorum huius linguæ ignarus habeatur, ſed operam dabit, quo aliquali linguæ huius notitiæ ipſam quoque legendi facultatem adiiciat. Quare quo plures ad ſanctam Syrorum Linguam adduci queant, ISAGOGEN ex Chaldæa Lingua in Syriacam aperimus, & tanquam *Clauem Portæ* noſtræ Syriacæ, adiungimus, vt quilibet intelligat, quantæ facilitatis ſit, Chaldaicis mediocriter arreptis Syriaca coniungere.

I. De lectione, vt dixi, iam parum ſolliciti ſumus, ſi illud adnotauerimus, eſſe primum Syris hodie veras Diphthongos, earumque præcipuas ܘ_ *au*, ܝ_ *ai* &c. deinde ܘ initiale vt W legi, & *Wau* proinde vocari: Patach furtiuum hic nullum dari, neque Scheva Compoſitum, & Kamez Vocali Dſquopho reſpondere, atque craſſius, tanquam *O*, pronunciari.

II. NOMINIS tres Status, in vtroque Numero, iidem ſunt Chaldæis atque Syris, ſi Maſculinos Plurales, Emphaticum atque Conſtructum, exceperis, quorum ille in ܐ (אָ) pro אַיָּ; hic in ܝ̈ (ܝ) pro ܝ̈ definit: quanquam Syri in multis etiam Chaldaicam formam אַיָּ Pluralis Maſculini habent, vt ܒܢܝܐ *filii*, ܫܡܝܐ *cœli* &c.

III. Praefixa vtrobique ſunt plane eadem, niſi quod Syri pro כ & מ integras voculas ܐܝܟ (אֵיךְ) & ܡܢ (מִן) vſurpant, & ל æque Accuſatiuum ac Datiuum ſignat. Peculiari enim notula Accuſatiui יָת aut ſimili, deſtituuntur Syri.

IV. Svffixa etiam Pronomina fere eadem ſunt. Sola I Perſona Pluralis ܢ (ן) pro נָא, & וֹהִי per ܘܗܝ (וֹהִי) Diphthongum legitur: Iud ſingulare, *meus*, ſine Vocali ſcribitur, ſeu prorſus inter legendum occultatur.

V. Multa etiam ex Separatis Pronominibus conueniunt, nempe אֲנָא *ego*, [quanquam Syri אֶנָא vel אֶנָא ſcribunt, quod Scheva Compoſitum ignorant, nec א pati poteſt Scheva Simplex.] אַנְתְּ *Tu*, אַתּוּן *Vos*, הוּא *ille*, ſed Syri abiecto א ſcribunt הוּ vel הֻו. Etiam Poſſeſſiua per ܕܝܠ דִּיל deſcripta, vtriusque Linguæ ſunt. Ceterorum vel conuenientiam, vel differentiam, vſus docebit.

VI. Formatio Verborum Syra a Chaldæa parum differt, nempe formatiua III Perſonæ Futurorum non eſt Iod, ſed *Nun*: & Chaldæa Infinitiuorum terminatio א Syre fit ו, &c. Chirek quoque Paruum ſub formatiuis litteris, [etiam in I Sing. Præt. Peal] in Zere vel Revozo; & Kibbuz vel ו Futuri & Imperatiui Peal (quod neutram harum Vocalium Syri habent) in ו conuertitur.

VII. Maxima quoque harmonia eſt Verborum Anomalorum, nec litteris forſan Syri a Chaldæis diſcrepant, ſed punctis nonnunquam Vocalibus, v. g. Aphel in פֹּא & פֹּי ab ܐܘ אוֹ (pro אִו) incipit, & propter rationem de Scheva ſupra allegatam Iud in Pe Iod Chirek vel Chevozo, pro Scheva; in Pe Aleph Zere vel Revozo, itidem pro Scheva habet, &c.

VIII. Particulæ Syrorum pleræque etiam Chaldæis in vſu ſunt, & ſi quid diſcrepant, id leue & exiguum eſt, v.g. ܒܠܚܘܕ, Chaldaice בִּלְחוֹד *tantum*: ܠܬܚܬ, Chald. תְּחוֹת *ſub*: ܩܕܡ, Chald. קֳדָם *ante*, &c.

IX. Nec minus Chaldaiſmus viam, tendentibus ad Samaritanorum linguam, aperire poteſt. Hæc enim, vbi in formatione ab Ebræa differt, cum Chaldaica apprime concordat, v.g.

1. In

1. In Statibus Nominum. Abſolutus & Conſtructus nihil differunt a Chaldaiſmo, præter Maſculinum pluralem, qui ſæpius terminatione ࠉࠌ ים־. ebraizat, quamuis nec raro quoque in ࠉࠍ ין. Chaldaico more deſinat. Emphaticus etiam Chaldaico reſpondet, præſertim illius dialecti, qua Daniel & Eſras vſi ſunt, id eſt, quæ ࠄ ה pro א terminali amat. Omnem enim emphaſin Samaritæ in ࠄ finiunt. v. g. ࠌࠋࠊࠄ *rex*, ࠌࠋࠊࠉࠄ *reges*: ࠁࠓࠊࠕࠄ *benedictio*, ࠁࠓࠊࠕࠕࠄ *benedictiones*.
2. Præfixa quoque ſunt Chaldaica, & præter communia cum Ebræis, ࠃ ד & Relatiui vim habet, & Genitiuum deſignat, vt apud Chaldæos.
3. Neque Suffixa diſcedunt ab Chaldaiſmo, niſi quod pro וֹהִי Samaritæ Ebræum ࠉࠅ יו, & pro נָא alteram formam כָן, כֵּן, aut Syriacam ܟܝ malunt.
4. Verborum Formatio a Chaldaica vix differt. Conueniunt enim in Formatiuis litteris א ſiue ה τῆς Aphel & Paſſiuarum: מ Infinitiui Peal, אתין Futurorum. Terminationes quoque Chaldaicæ ſunt præter Fœmininas Perſonas Præteritorum, II Sing. & III Pluralem, quas Syro more Samaritani in ࠕࠉ finiunt. In Quieſcentibus etiam & Defectiuis Verbis magna eſt conuenientia.
5. De Particulis & aliis Vocabulis nihil eſt, quod adiiciamus. Etſi enim non pauca habent Samaritæ, quæ propria ſunt ſuæ linguæ, & ex Gloſſario peti poſſunt: tamen in plurimis vocibus cum Chaldæis conueniunt.

Ergo ſicut ex Ebræa Grammatica facilis ad Chaldæam linguam tranſitus eſt: ita multo facilior planiorque via eſt, qua ex Chaldaiſmo ad Syrorum Samaritarumque linguam peruenitur.

MESSIOLOGIA
TARGVMICA.

Veteres Iudæos melius ſenſiſſe de Meſſia ſuo, quam recentiores; & Prophetarum oracula concinnius explicaſſe, dudum Chriſtiani

viri

viri obſeruarunt. Cauſſa degenerandi eſt odium in CHRISTVM & Chriſtianos acerbiſſimum: nec ipſe Raſchi diffitetur, ſe Pſalmos, quos maiores de Meſſia expoſuerant, de Dauide explicare לתשובת המינים *ad reſponſionem hæreticis* (per quos Chriſtianos notat) eo facilius reddendam. Peſſimam ſic cauſſam ſuorum prodidit, vsque eo, vt ipſos poſteriores Iudæos pœnituerit, in vulgus exiiſſe myſteria ſua, deleuerintque illa verba ex Peruſch ad Pſal. II. licet reliquerint eadem ad Pſalm. XXI. 2. quem veteres Iudæi etiam de Meſſia expoſuerunt, vt ex Targum conſtat, quod ſic exorditur: יְיָ בְּעֻשְׁנָךְ יֶחְדֵי מַלְכָּא מְשִׁיחָא *Domine in virtute tua lætabitur Rex Meſſias.* Sed nec ex illo priore loco (Pſal. II) expungere ita potuerunt, quin Edvvardus Pocoke, diligentiſſimus harum rerum indagator, illorum veſtigia in MS. codicibus reperiret. Videantur eius Notæ ad Portam Moſis cap. VIII.

Non ergo dubium poteſt eſſe, quin idem circa alia de Chriſto vaticinia Iudæorum impietas auſa fuerit, cum Kimchi, AbenEſra, Abarbanel aliique multo aliter interpretentur Prophetarum verba, quam in Paraphraſibus Chaldaicis ſunt expoſita. Exemplo ſit hæc Meſſiologia Targumica:

Geneſ. XLIX. 10. Ex Targum Onkelos.

לָא יִעְדֵי עָבֵד שׁוּלְטָן מִדְּבֵית יְהוּדָה וְסָפְרָא מִבְּנֵי בְנוֹהִי עַד־עָלְמָא עַד־דְּיֵיתֵי מְשִׁיחָא דְּדִילֵיהּ הִיא מַלְכוּתָא וְלֵיהּ יִשְׁתַּמְעוּן עַמְמַיָּא:

Verſio Latina.

*Non ceſſabit exercens imperium de domo Iehuda, nec ſcriba de filiis filiorum eius in ſæculum: donec adueniet** MESSIAS, *cuius eſt regnum, & ipſi obedient populi.*

* Targum Hieroſolymitanum eodem fere modo: עַד זְמַן דְּיֵיתֵי מַלְכָּא מְשִׁיחָא *vsque ad tempus, quo veniet Rex Meſſias.* Nec aliter Targum, quod dicitur Ionathanis. Qua fronte ergo recentiores Iudæi promiſſum hunc שִׁילֹה interpretantur vel de Dauide, vel Moſe, vel Ahia Silonita, vel de ipſo oppido Silo eiusque ruina? Vide de diuerſis his ſententiis AbenEſram in Peruſch ad h. l. & Menaſſen Ben Iſrael in Conciliatore p. 90. ſeq. De origine vocis שילה in Etymologico ad Philolog. Sacram in Rad. سيل vel שיל diximus.

Numer. XXIV. 17. Ex Targum Onkelos.

יְקוּם מַלְכָּא מִיַּעֲקֹב וְיִתְרַבָּא מְשִׁיחָא מִיִּשְׂרָאֵל וְיִקְטוֹל רַבְרְבֵי מוֹאָב וְיִשְׁלוֹט בְּכָל־בְּנֵי אֱנָשָׁא׃

Verſio Latina.

Surget Rex ex Iacob, & vngetur (* magnus fiet) *Meſſias ex Iſrael, & occidet magnates Moab, & dominabitur in omnibus filiis hominum.*

* Angli heic & Eſa. XI. 1. verterunt *vngetur*, ex ritu inaugurationis regiæ apud Iudæos.

Ex Targum Ionathanis Ben Vziel I. Sam. II. 10.

יְיָ יַעְבֵּיד פּוּרְעֲנוּת מִן מָגוֹג וּמִמַּשִׁרְיַת עַמְמִין חֲטוֹפִין דְאָתַן עִמֵּיהּ מִסְּיָפֵי אַרְעָא וְיִתֵּן תּוּקְפָּא לְמַלְכֵּיהּ וְיִרַבֵּי מַלְכוּת מְשִׁיחֵיהּ׃

Verſio Latina.

Dominus faciet vltionem de Magog, & de exercitu gentium raptorum, qui venerunt ex finibus terræ: & dabit fortitudinem regi ſuo, & multiplicabit regnum Meſſiæ ſui.

Primus locus S. Scripturæ, vbi auſpicatiſſimum nomen MESSIAE occurrat, qui mundi Seruator futurus ſit, eſt I Samuel. II. 10. יָרֵם קֶרֶן מְשִׁיחוֹ *exaltabit cornu Meſſiæ ſui.* Præceſſerat in Ebræo: *dabit robur Regi ſuo.* Ralbag ibi per *Regem* intelligit Saulem: per *Meſſiam* vero Dauidem. At rectius Kimchi כפל דבר כי המלך הוא המשיח *repetitur*, inquit, *eadem res, quia Rex eſt ille ipſe Vnctus:* ſed poſtmodum pariter applicat ad regem a Samuele vnctum, quod vel de Saule vel Dauide intelligi oportet. Chaldæus autem de Meſſia veri nominis intellexit, dum bellum *Magog* admiſcet, quod ad Meſſiam Iudæi omnes reiiciunt. Minus de Chaldæi mente nos dubitare R. Abendana in Spicilegio ad Michlal Iophi ſinit, quando recenſitæ Ralbagi ſententiæ ſubiicit ויונתן פירש על מלך המשיח *Ionathan autem* [Chaldæus] *expoſuit de Rege Meſſia.* Veriſſime. Nam tum temporis politicus rex in Iſraele ignotus erat, & huius Meſſiæ imperium extenditur ad אַפְסֵי אָרֶץ *fines terræ*, quæ paſſim eſt deſcriptio totius terrarum orbis, teſte ipſo Kimchio in Pſalm. LXXII. 8.

vbi

vbi de his verbis ait, על מלך המשיח הוא מבואר יותר כי ממשלתו תהיה בכל העולם *de Rege Messia melius explicari* (quam de Salomone aut simili) *eo quod imperium eius futurum sit in toto mundo.* Adde Gloss. Vinar. & B. Gerhard. Exeg. p. 1122.

Esa. IV. 2. Targum Ionathanis.

בעדנא ההוא יהי משיחא דיי לחדוה וליקר ועברי
אוריתא לרבו ולתושבחא לשזבת ישראל:

*In tempore illo erit * Messias Domini in gaudium & honorem & facientes legem in amplitudinem & in laudem † euasioni Israelis.*

* Ebraice pro *Messia Domini* est צמח יהוה *Germen Domini.*

† Angl. *his qui liberati fuerint de Israel.*

Esa. IX. 6. eodem Ionathane interprete.

אמר נביא לבית דוד ארי רבי אתיליד לנא בן אתיהיב
לנא וקביל אוריתא עלוהי למטרה ואתקרי שמיה מן קדם
מפליא עצה אלהא גברא קים לעלמיא משיחא דשלמא
יסגי עלנא ביומוהי:

Versio Latina.

Dicit Propheta domui Dauid: Nam puer natus est nobis, filius datus est nobis, & suscepit legem super se ad seruandum eam. Et vocabitur nomen eius ab eo, † qui mirabilis est consilio, Deus fortis, permanens in sæcula, Messias pacis, quæ crescet super nos in diebus eius.

† Hæc translatio est Hottingeri in Append. Gramm. Syro-Chald. p. 157. At Opus polyglottum Anglicanum habet: *Et vocabitur nomen eius a facie Admirabilis consilii, Deus, vir permanens in æternum, Christus, cuius pax multiplicabitur super nos in diebus eius.* Quam vero degeneres filii maiorum sunt AbenEsra, Kimchi, aliique, qui hoc vaticinium de Hiskia inepte interpretantur? An enim ille *princeps pacis* (quod solum nomen Hiskiæ Kimchi adiudicat, cetera Deo nominanti adscribit) qui grauissimis bellis implicitus fuit? AbenEsra quidem nexu & ordine verborum

victus

victus eiusdem prophetiæ, הכמון בעיני כי כל אלה שמות הילד *mihi prorsus*, inquit, *verisimile est, quod omnia hæc sint nomina pueri*: at in applicatione tum errat, tum hæret & nihil agit.

Esa. XI. 1.

וְיִפּוֹק מַלְכָּא מִבְּנוֹהִי דְיִשַׁי וּמְשִׁיחָא מִבְּנֵי בְנוֹהִי יִתְרַבֵּי׃

Versio Latina.

Et egredietur Rex ex filiis Isai, & Messias ex filiis filiorum eius † magnificabitur.

† Angli *ungetur* verterunt perinde ac Num. XXIV. 17. metonymice. Buxtorf in Lex Talm. *progerminabit*, fortasse quod alibi צמח *progerminare* in Targum per רְבָא. & Hiphil הצמיח per Pael רַבִּי expositum est. Vid. Iob. V. 6. XXXVIII. 27. Psal. CIV. 14.

Ex eadem paraphrasi Esa. XXVIII. 5.

בְּעִדָּנָא * הַהִיא יְהֵי מְשִׁיחָא דַיְיָ צְבָאוֹת לִכְלִילָא דְחֶדְוָא וּלְכֶתֶר דְּתוּשְׁבַּחְתָּא לִשְׁאָרָא דְעַמֵּיהּ׃

Versio Latina.

In tempore illo erit Messias Domini Zebaoth in coronam gaudii & in diadema laudis residuo populi sui.

* Eadem sensu sunt, & fere etiam verbis, quæ modo ex Esa. IV. 2. attuleramus. Ibi עִדָּנָא *tempus* cum Masc. Pronomine הַהוּא, heic cum Fœm. הַהִיא constructum legitur. Nam sæpius hæc vox Fœminina est, & עִדָּנָא הַהִיא passim alibi inuenitur, vt Gen. XXI. 22. in Onk. & Ionathane: & apud verum Ionathanem Esa. LII. 6. Ierem. XXXIII. 15. Michæ IV. 6. &c.

Esa. LII. 13. interpretis eiusdem.

הָא יַצְלַח עַבְדִּי מְשִׁיחָא יְרוּם וְיִסְגֵּי וְיִתְקוֹף לַחֲדָא׃

Versio Latina.

Ecce prospere aget seruus meus Messias, exaltabitur, & crescet, & corroborabitur valde.

Nec solus Targumista, sed omnes antiqui Iudæi פה אחד קיימו וקבלו כי על מלך המשיח ידבר *uno ore statuerunt, & ex traditione acceperunt*, (Esaiæ cap. LIII, cuius iam initium, seu cap. LII. v. 13. attulimus)

limus) *sermonem de Messia esse*, quæ ingenua confessio est R. Alschech in h. l. Sed quod ex hac pericope tela contra se acutissima depromi videbant, quidquid de Messia heic dictum est, ad Israelem exilio laborantem malitiose detorserunt Raschi, Aben-Esra, Kimchi, Lipman, Abarbenel, & hodie, quantum constat, omnes.

Targum Ierem. XXIII. 5.

הא יומיא אתן אמר יי ואקים לדוד משיח דצדיקיא וימלוך
מלכא ויצלח ויעבד דין דקשוט וזכו בארעא: ביומוהי יתפרקון
דבית יהודה וישראל ישרי לרחצן ודין שמיה דיהון קרן
ליה יתעבדן לנא זכון מן קדם יי ביומוהי:

Versio Latina.

Ecce dies venientes, dicit Dominus, & excitabo Dauidi Messiam iustorum, & regnabit Rex, & faciet iudicium veritatis atque iustitiæ in terra. In diebus eius saluabuntur, qui sunt *domus Iehudæ, & Israel habitabit in fiducia, & hoc est nomen eius, quo vocabunt eum: Efficientur nobis iustitiæ a Domino in diebus eius.*

Eadem fere Paraphrasis est c. XXXIII. 15. solo nomine דצדיקיא *iustorum*, mutato in דצדקא *iustitiæ*. De diuino autem nomine יהוה צדקנו *Dominus iustitia nostra*, iudaizat æque Chaldæus atque vulgares Rabbini, vt ex Kimchi interpretatione patet, ישראל קרא המשיח בזה השם יי צדקנו לפי שבימיו יהיה צדק יי לנו קיים תמיד לא יסור *Israel vocabit Messiam eo nomine* DOMINVS IVSTITIA NOSTRA, *propterea quod in diebus eius erit vobis iustitia Dei perpetuo firma, nec recedet.*

Targum Hoseæ III. 5.

בתר כן יתובון בני ישראל. ויתבעון ית פולחנא דיי
אלההון וישתמעון למשיחא בר דוד מלכהון ויתנהון לפולחנא
דיי וסגי טוביה דייתי להון בסוף יומיא:

Versio Latina.

Postea reuertentur filii Israel, & quærent cultum Domini Dei

*Dei sui, & obedient Messiæ filio Dauid Regi suo, & * docebit illos in cultu Domini, & multiplicabitur bonum eius, quod adferet illis in fine dierum.*

* Angl. *studebunt cultui Domini*, quem sensum יְתַכּוּן sine ה referret, cuius præsentia Suffixum ostendit, non terminationem Verbalem.

Targum Mich. V. 1. [al. 2.]

ואת בית לחם אפרתה כזעיר הויתא לאתמנאה באלפיא
דבית יהודה מנך קדמי יפוק משיחא למהוי עביד שולטן
על ישראל די שמיה אמיר מלקדמין מיומי עלמא:

Versio Latina.

Et tu Bethlehem Ephrata, quasi parua fuisti, vt numerareris inter millia domus Iehudæ: ex te coram me prodibit Messias, vt sit exercens dominatum in Israel: cuius nomen dictum est ab initio, a diebus sæculi.

* Cur igitur AbenEsra cap. IV. 12. scripsit המושל הוא זרובבל *Dominator hic est Zerubabel?* Candidior Kimchi, מושל בישראל וזהו המלך המשיח *Dominator in Israel: hic est Rex Messias:* & Raschi commentatus est ממך יצא לי משיח בן דוד *ex te egredietur mihi Messias Dauidis filius.*

Targum Zachar. VI. 12.

הא גברא משיחא שמיה עתיד דיתגלי ויתרבי ויבני ית
היכלא דיי:

Latina Versio Operis Angli.

*Ecce vir Messias * nomen eius, qui reuelandus & magnificandus est, & ædificaturus templum Domini.*

* Ebraice צֶמַח שְׁמוֹ *nomen eius* ZEMACH, id est, *germen.*

Hactenus ex antiquis paraphrasibus de Christo testimonia, quæ sequuntur posterioris ætatis sunt, quædam etiam fabulis coinquinata.

Tar-

Targum Hierosolymitanum Gen. III. 15.

יהוי אסו לבנהא דאתתא ולך חויא לא יהוי אסו ברם
עתידין הינון אלין לאלין למעבד שפויתא בעקבא בסוף
עקב יומיא ביומי דמלכא משיחא:

Versio Latina.

Erit sanatio filiis mulieris, & tibi, serpens, non erit sanatio, quia illi sibi facturi sunt mutuo emplastra in [Iæsa] *calce, in fine extremitatis dierum, in diebus Regis Messiæ.*

Targum Hierosolymitanum Exod. XII. 42.

משה יפוק מן גו מדברא ומלכא משיחא מן גו רומא
דין ידבר בריש עננא ודין ידבר בריש עננא ומימרא
דיי מדבר בין תרויהון ואנון מהלכין כחדא:

Versio Latina.

*Moses egredietur e medio deserti, & Rex Messias e media Roma: hic * ducet in capite nubis: & ille ducet in capite nubis, & Verbum Domini ducit inter ambos illos, & ipsi incedunt simul.*

* Angl. *preibit in nube.* Quæ de *Roma* dicuntur, gemella iis sunt, quæ in Rabbinismo p. 36 ex Sanhedrin allata sunt.

Targum Psalm. XLV. 3.

שופרך מלכא משיחא עדיף מבני נשא אתיהיב רוח נבואה
בספותך מטול כן ברכינך יי לעלמא:

Verfio Latina.

Pulcritudo tua, o Rex Messia, excellens præ filiis hominum: datus est spiritus prophetiæ in labiis tuis. Propterea benedixit tibi Dominus in sæculum.

Targum Psalm. LXXII. 1.

על ידוי דשלמה אתאמר בנבואה אלהא הלכת דינך למלכא
משיחא הב וצדקתך לבריה דדוד מלכא:

Verſio Latina.

Per Salomonem dictum eſt in ſpiritu prophetiæ: Deus, rationes iudicii tui Regi Meſſiæ da, & iuſtitiam tuam filio Dauidis regis.

Targum Threnor. IV. 22.

בתר כן ישלם עויתך כנשתא רציון ותתפרקן על
ידוי דמשיחא ואליהו כהנא רבא:

Verſio Latina.

Poſtea finiet iniquitatem tuam, o congregatio Zionis, & liberaberis per manum Meſſiæ & Eliæ ſacerdotis magni.

Targum Cantic. IV. 5.

תרין פריקיך דעתידין למפרקיך משיח בר דוד ומשיח
בר אפרים:

Verſio Latina.

Duo liberatores tui, qui te ſaluaturi ſunt, Meſſias filius Dauidis, & Meſſias filius Ephraim.

* Putidam fabulam de gemino Meſſia, Ioſephi & Dauidis filio, illo παθητὸς, hoc glorioſo, ignorarunt veteres Iudæi & Targumiſtæ. Vix ergo antiquius Talmude commentum eſt, quod inculcat etiam Pſeudo-Ionathan Exod. XL. 11, & recentiores Rabbini, Raſchi in Eſa. XI. 13. XXIV. 18. AbenEſra in Pſal. LXXX. 18. Abarbenel in Eſa. LII. p. 78. col. 4. & cum primis auctor Avcath Rochel lib. 1.

(o)



Index

Index I Anomaliarum.

Index

Index II Rerum notabiliorum.

Pag. 40. lin. 1. scribe *Dan. VI. 19.* pag. 63. lin. 24. ad תְּיִי Prov. IX. 5. adde *in Venetis.* p. 69. col. 1. lin. 23. ad *Fœm.* adde *sæpius.*

F I N I S.

